re non poterat. vnde ſequitur: Reſpondit:
Jlle homo qui dicitur ieſus: lutum fecit: ⁊ li/
niuit oculos meos. Uide quomodo verax ē
non dixit vnde fecit. Quod enim non noue
rat non dicit. neqꝫ. n. ſciuit quoniam in terra
expuit: quoniam autem ſuperunxit: per ſen/
ſum tactus didicit. Sequitur: Et dixit: Ua/
de ad natatoria ſyloe ⁊ laua. Et hec etiam ex
auditu teſtatus eſt: recognouit enim eius vo
cem ex diſputatione cum diſcipulis. Et quia
ad vnum ſe preparauerat. ſ. omnia ſibi ſua/
deri a iubente ſubiungit: Et abij ⁊ laui: ⁊ vi
di. AVGV. Ecce annunciator factus eſt
gratie: ecce euangelizat ⁊ confitetur iudeis.
Cecus ille confitebatur ⁊ cor impiorum ſtrin
gebatur: quia non habebant in corde quod iā
ille habebat in facie. vnde ſequitur. Et dixe/
runt vbi eſt ille? CHRY. Dicebant autē
hoc occaſionem meditantes: iam enim aduer
ſus ipſum conſpirauerant. Chriſtus autem
non aderat his qui curabantur. non enī que/
rebat gloriam neque ſe oſtentare. Recedebat
etiaꝫ ſemper curans ieſus vt omnis ſuſpitio
tolleretur ſignorum. Qui enim non cogno/
ſcebant eum qualiter ob gratiam eius ſe cu/
ratos confiterentur: vnde ſequitur: Ait ne/
ſcio. AVGV. Jn his verbis iuncto ſimi/
lis erat: nonduꝫ videnti predicat: ⁊ neſcit qd
predicat. BEDA. Unde figuram tenet ca
thecuminorum: qui etſi credunt in ieſum: ad
huc tamen eum quaſi neſciunt: quia nonduꝫ
lotum exiſtunt. Phariſeorum autem erat ap/
probare opus vel improbare. CHRY.
Judei igitur querentes: Ubi eſt ille. volebāt
eum inuenire vt eum ducerent ad eos. quia
vero non habuerunt eum ducunt cecum. vn
de ſequitur: Adducunt eum ad pha. qui ce.
fuerat. vt. ſ. vehementius eum interrogarēt.
Propterea autēꝫ ⁊ euangeliſta ſubdit: Erat
autēꝫ ſabbato quando lu. fecit: ie. ⁊ ape. ocu.
eius. Ut. ſ. eorum malam mentem demon/
ſtraret: ⁊ cauſam propter quam eum quere/
bant: vt. ſ. occaſionem contra euꝫ inuenirēt:
⁊ vt detraherent miraculo per eſtimatam le/
gis preuaricationem: quod etiam manifeſtuꝫ
eſt ex his que ſequuntur. Sequitur eniꝫ: Jte
rum ergo inter. eum pha. quomodo vidiſſet.
Uide autem qualiter non turbatur cecus. nā
quandoquideꝫ turbis dicebat ſine ꝑiculo iter
rogatus: non ita magnum erat veritatem di/
cere. Mirabile autem eſt nunc ꝙ̄ in ampliori
periculo conſtitutus: neqꝫ negat neque con/
traria dicit prioribus. Sequitur eniꝫ: Jlle au
tem dixit eis: Lutum poſuit mihi ſuper ocu/
los meos: ⁊ laui: ⁊ video. Hoc autēꝫ ad eos
qui iam audierant ſuccinctius loquitur. Non
enim dixit nomen dicentis: neqꝫ quoniaꝫ di/
xit mihi: Uade ⁊ laua: ſed confeſtim: Lutuꝫ
poſuit ⁊c. ⁊ ſic contrarium paſſi ſunt eius qđ
volebant. Duxerunt enim euꝫ vt negaturū:
ſed ab eo certius didicerunt. Sequitur: Di/
cebant ergo ex phariſeis. AVGV. Non
omnes ſed quidam iam enim inungebantur
quidem. Dicebant ergo nec videntes nec in
uncti. Non eſt hic homo a deo qui ſabbatum
non cuſtodit. Jpſe potius cuſtodiebat qui ſi/
ne peccato erat. Sabbatum enim obſeruare
ſpiritualiter: eſt non habere peccatum. ⁊ hoc
admonet deus quando commendat ſabbatū.
Omne opus ſeruile non facietis. Quid ſit
opus ſeruile a domino audite. Omnis qui
facit peccatum ſeru⁹ eſt peccati. ſed iſti ſabba
tum carnaliter obſeruabant: ſpiritualiter vio
labant. CHRY. Malitioſe autem quod
factum eſt ſilentes: eſtimatam preuaricationē
in medium ferebant. Non enim dicebāt quo
niam ſabbato curat: ſed quoniam ſabbatum
non ſeruat. Sequitur: Alij dicebant: Quo/
modo poteſt homo peccator hec ſigna facere?
A ſignis enim inducebantur: ſed imbecilli/
ter erant diſpoſiti. congruuꝫ enim erat oſten
dere qualiter ſabbatum non ſoluitur: ſed nō
dum hanc habebant menteꝫ ꝙ̄ deus eſſet: vt
poſſent reſpondere quoniam dominus ſab/
bati hec fecit. Nullus deniqꝫ eorum audebat
ea que volebat manifeſte dicere: ſed in ambi
guitate: hi quidem propter improbabilitateꝫ.
alij vero propter amorem principatus. Se/
quitur: Et ſciſma erat inter eos. Hoc ſciſma
primo incepit in paulo: deinde in ꝓ̄cipib⁹.
AVGV. Dies enim erat chriſtus qui in/
ter lucē ⁊ tenebras diuidit. CHRY. Uo/
lentes autem qui dixerant: Homo peccator
non poteſt talia ſigna facere: os aliorum ob/
ſtruere: eum qui ſuſcepit virtutis experienti/
am in medium ducunt: vt non videantur ip
ſi aduocatione vti. vnde ſequitur: Dicunt er
go ceco iteruꝫ. Tu quid dicis de illo qui ape
ruit tibi oculos? THEOPHI. Uiđ quo
modo beniuole querunt. non enim dixerūt:

Tu quid dicis de illo qui ſabbatum nō obſeruat: ſed miraculum cōmemorant: Quomodo aperuit tibi oculos: bene ipſum ſanatum concitantes quaſi dicerent: Benefecit tibi: vnde debes eum predicare. AVGV. Uel querebant quemadmodum hominem calumniarentur: vt eum de ſynagoga eijcerent. ſed ille conſtanter quod ſentiebat expſſit. vnde ſequitur: Ille autem dixit quia propheta eſt. Adhuc quidem inunctus in corde: nondum dei filium confitebatur: non mētitur tamen. Ipſe enim dominus de ipſo ait. Non eſt propheta ſine honore niſi in patria ſua.

¶ Non crediderunt ergo iudei de illo quia cecus fuiſſet: ⁊ vidiſſet donec vocauerunt parentes eius qui viderat ⁊ interrogauerunt eos dicentes: Hic eſt filius veſter quem vos dicitis: quia cecus natus eſt? Quomodo ergo nūc videt? Reſponderunt eis parentes eius: ⁊ dixerunt. Scimus quia hic eſt filius noſter: ⁊ quia cec⁹ natus ē. Quomodo autem nunc videat neſcimus: aut quis eius aperuit oculos nos neſcimus: ipſum interrogate: Etatē habet ipſe de ſe loquatur. Hec dixerūt parentes ei⁹: quoniam timebant iudeos. iā eni cōſpirauerāt iudei vt ſiquis eum cōfiteretur eſſe chriſtū: extra ſynagogā fieret. Propterea parētes eius dixerunt: quia etatem habet ipſum interrogate.

CHRY. Quia phariſei cecum attonitum facere non valuerunt: ſed videbant eum cū omni propalatione benefactorem ſuum predicantem: per parentes putabant chriſti miraculum anihilare. vnde dicitur: Non crediderunt ergo iudei de illo qꝛ cecus fuiſſet ⁊ vidiſſet. donec voca. pa. ei⁹ qui viderat. AVGV. ideſt cecus erat ⁊ viderat. CHRY. Sed hec ē veritatis natura: per que putatur inſidias pati: per hec fortior fit: mendacium enī ſibiipſi quidem obuiat: ⁊ ꝑ ea per que ledere veritatem videtur: per ea clariorem eam oſtēdit: quod ⁊ nunc factum eſt. Ne enim aliquis diceret ꝙ vicini nihil certum dixerunt: ſed per quandam aſſimulationem locuti ſūt. Parentes in medium ducuntur: qui maxime ſuum filium cognoſcebant. Statuentes autem eos in medium: cum multo furore interrogant. vnde ſequitur. Et inter. eos dicē. hic ē filius veſter? ⁊ non dicunt: Qui quādoqꝫ fuit cecus ſed quem dicitis quia natus eſt cecus. O inquinati quis pater eligeret talia mentiri de filio? Solum non dicūt quem vos feciſtis cecum. Duobus autē his ad negatōeꝫ coſ īducere conāt. ⁊ ī h ꝙ dicūt. Q u dicitis quia natus eſt cecus: ⁊ in hoc ꝙ ſubdunt: Quomō ergo nūc videt? THEO. q. d. Aut hoc falſum eſt ꝙ nunc videat: aut primum ꝙ cecus fuerit: ſed conſtat hoc eſſe verum ꝙ videt: falſum ergo fuit ꝙ cecum eum dicebatis. CHRY. Tribus ergo interrogationibus factis: ſi filius eorum eſt: ſi cecus fuit: ⁊ qualiter vidit. duas confitentur. vnde ſequitur: Reſponderunt ergo eis parentes eius ⁊ dixerunt: Scimus quia hic eſt filius noſter: ⁊ quia cecus natus ē. Tertiam autem abijciunt. vnde ſubdunt: Quomodo autem nunc videat neſcimus aut quis eius aperuit oculos nos neſcimus. Et hoc etiam pro veritate factum eſt: vt nullus ali⁹ ſed is qui curatus eſt ⁊ qui dignus fide erat: hoc confiteretur: vnde ſequitur: Ipſum iterro. etatem habet: ipſe de ſe loquatur. AVGV. q. d. Iuſte cogeremur loqui pro īfante: quia ipſe pro ſe loqui non poſſet. Cecum a natiuitate nouim⁹: ſꝫ loquētē. CHRY. Qualiter ergo grati fuerint parentes q eorum que ſciebant: quedam tacuerunt ꝓpter timorem iudeorum. Sequitur enim. Hec di. parentes eius quia time. iudeos. Rurſus ⁊ hic opinionem iudeorum ⁊ mentem euangeliſta inducit. vnde ſequitur: Jam enī cōſpi. iu. vt ſiqs eū cōfi. chriſtū extra ſynagogā fieret. AVGV. Iā ñ erat malū fieri ex ſynagogam. illi expellebant: chriſtus ſuſcipiebat. ſequitur: Propterea parē. eius dixe: qꝛ etatem habet ipſum interrogare. ALCVI. In quo oſtendit euangeliſta illos nō ꝑ ignorantiam: ſed propter metum talia reſpondiſſe. THEOPHI. Imbecilliores enim filio erant qui teſtis aderat intrepidus veritatis: illuminatos habens oculos intellectus a deo.

¶ Vocauerunt ergo rurſum hominem qui fuerat cecus: ⁊ dixerunt ei. Da gloriam deo. Nos ſcimus: quia hic homo peccator eſt. Dixit ergo ille. Si peccator ē neſcio: vnū ſcio quia cecus cum eſſem modo video. Dixerunt ergo illi: Quid fecit tibi? Quomodo aperuit tibi oculos? Reſpōdit eis: Dixi vobis iā ⁊ audiſtis. Quid iterum vultis audire? Nunquid ⁊ vos vultis diſcipuli eius fieri? Maledixerūt ergo ei: ⁊ dixerūt: Tu diſcipulus illius ſis: nos autem moyſi diſcipuli ſumus. Nos ſcimus quia moyſi locutus eſt deus: hunc autem neſcimus vnde ſit. Reſpondit ille homo: ⁊ dixit eis. In hoc enim mirabile ē qꝛ vos neſcitis vnde ſit: ⁊ aperuit meos oculos. Scimus autem quia peccatores deus non audit: ſed ſiquis dei cultor eſt: ⁊ voluntatē eius facit hunc exaudit. A ſeculo non eſt auditum: quia quis aperuit oculos ceci nati. Niſi eſſet hic a deo: non poſſet facere quicq̄. Reſpōderūt ⁊ dixerūt ei: In peccatis natus es totus: ⁊ tu doces nos? Et iecerunt eum foras.

CHRY. Qꝛ parētes miſerunt phariſeos ad illū qui curatus eſt: rurſus vocauerunt eū ſecundo. vnde dicitur: Voca. ergo rurſus ho. qui ce. fue. Non autem manifeſte dicūt: Nega quoniā chriſtꝰ te curauit: ſed ſub pretextu religionis ad hoc eū inducere volunt. vnde ſeq̄tur: Da gloriā deo. q. d. Cōfitere. qꝛ hic nihil ē operatꝰ. AVGV. Nega quod accepiſti. hoc plane nō eſt deo gloriā dare: ſꝫ deū potius blaſphemare. ALCVI. Sic aūt volebāt illū dare gloriā deo: vt ſicut ⁊ ipſi chriſtū diceret peccatorē. vnde ſequitur: Nos ſcimus qꝛ h̄ hō peccator ē. CHRY. Qualiter ergo nō arguiſtis eū dicentē: Quis ex vobis arguet me de peccato? ALCVI. Sed ille vt neq̄ pateret calūnie: neq̄ veritatem celaret nō dixit: Scio eum iuſtū. nā ſequitur: Dicit ergo illi: Si peccator eſt neſcio.

CHRY. Qualiter q dixit: Quoniā propheta eſt. nūc dicit: Si peccator eſt neſcio. nūquid modo timuit cecꝰ? Abſit: ſꝫ voluit chriſtum a rei teſtimonio ⁊ nō a ſua voce ab īcuſatione eripere: ⁊ ſuā reſpōſionē facere fide dignā ab accepto beneficio. vñ ſubdit: Vnū ſcio: qꝛ cecus cū eſſem: mō video. q. d. Nihil mō de hoc dico: vtrū ſit peccator: ſed iterum dico ꝙ manifeſte noui. qꝛ igitur nequiuerūt euertere quod factū eſt: ad priores redeūt ſermones: rurſus modū curationis ingrentes: ſicut canes quidē venationē nūc huc: nūc illuc inueſtigantes. vnde ſequitur: Dixerūt ergo illi. Quid fecit tibi quō aperuit tibi oculos hoc eſt. Nūquid preſagio aliquo? Nō enim dixerunt: qualiter vidiſti: ſed qualiter apuit oculos tibi. dātes occaſionē detrahendi contra eiꝰ operationē. Donec igitur res inquiſitione indigebat: cecus remiſſe loquebatur: qꝛ vero iā vicerat: audacter de reliquo eis loquitur: vnde ſequitur: Reſpondit eis. Dixi vobis iā ⁊ audiſtis: quid iterū vultis audire. q. d. Nō attenditis ad ea que dicūtur. vnde vltra nō reſpōdebo vobis inaniter interrogantibus ⁊ nō volētibus addiſcere ſꝫ cauillari que dicuntur. vnde ſequitur. Nunquid ⁊ vos vultis diſcipuli eiꝰ fieri. AVGV. Quid eſt. nūquid ⁊ vos: niſi qꝛ iā ego ſum. nūquid ⁊ vos vultis. iā video: ſed non inuideo. Hec loquebatur iā ſtomachās aduerſus duritiā iudeoꝝ: ⁊ ex ceco vidēs: nō ferens cecos. CHRY. Itaq̄ forte quid eſt veritas ita imbecille mendaciū. nā veritas quidē ⁊ ſi deſpectos aſſumpſerit: claros eos facit vel oſtēdit. Mendaciū autē ⁊ ſi cū fortibus fuerit: imbecilles eos monſtrat. Sequitur. Maledixerūt ei ⁊ dixerunt. Tu diſcipulꝰ eiꝰ ſis. AVGV. Maledictū ē. ſi cor diſcutias: non ſi verba perpendas. tale maledictū ſuper nos ⁊ ſuper filios noſtros. Sequitur: Nos autem moyſi diſcipuli ſumus. nos ſcimus qꝛ moyſi locutus eſt deus. Sed nūc ſciretis: qꝛ per moyſen predictus eſt deus: habetis enīꝫ dn̄m dicentem: Si crederetis moyſi: crederetis ⁊ mihi. de me ille ſcripſit. ita ne ſegnē ſeruum ⁊ dorſum ponitis contra dominum? nam ſubditis. Hunc autem neſcimus vnde ſit. CHRY. Ea que per viſum cognoſcitis: auditu minora eſtimatis: illa enīꝫ que

noſſe vos dicitis: a progenitoribus audiſtis.
Sed nōne fide dignior ē: q certificauit q̄ a
deo venit ꝑ miracula: q̄ nō ſolū audiſtis ſed
vidiſtis? vnde ſequitur. Reſpondit ille hō ꝛ
dixit eis: Jn hoc eni mirabile ē: quia vos ne
ſcitis vnde ſit: ꝛ aperuit oculos meos. Ubi
q̄ ſignū inducit: quia hoc deprauare non po
terant: ſed ab eo conuincebantur: ꝛ q̄ dixe/
rant: q̄ homo peccator non poteſt talia ſigna
facere: de cetero illorum aſſumit iudicium ꝓ
pria verba eis in memoriam reducens. vn/
de ſubdit: Scimus autem q̄ peccatores de⁹
non audit. q. d. Opinio hec mea ꝛ veſtra cō
munis eſt. AVGV. Adhuc tamē vnct⁹
loquitur. Nam ꝛ peccatores exaudit deus.
Si eni nō. fruſtra publicanus diceret: De⁹
propitius eſto mihi peccatori: ex illa confeſ/
ſione meruit iuſtificationē: quomodo ipſe ce
cus illuminationē. THEOPHI. Uel di
cendum eſt: quoniam q̄ dictū eſt deum non
exaudire peccatores: hoc ſignificat: q̄ facere
miracula de iis peccatoribus non concedit.
Cū vero veniā implorāt de cōmiſſis: tranſ/
lati ſunt de gradu peccantiū ad ſtatum peni/
tentium. CHRY. Et vide q̄ cū ſupra di
xit: Si peccator eſt neſcio: nō dubitās dixit:
hic eni nō ſolū a peccatis eū excuſat: ſ3 val/
de deo placentē oſtēdit. nam ſubdit. Siquis
dei cultor ē: ꝛ voluntatē eius facit: hunc ex/
audit. Non eni ſufficit deū cognoſcere: ſed
voluntatē eius facere. deinde extollit quod
factum eſt di. A ſeculo non eſt au. q̄ qs ape.
ocu. ce. nati. q. d. Si confitemini quoniā de
us peccatores non audit: hic autem miracu/
lum fecit ꝛ tale quale nullus hominum fecit:
manifeſtum eſt virtutem qua hoc fecit maio/
rem eſſe: q̄3 que eſt ſm hominem virt⁹. vn/
de ſubdit: Niſi eſſet hic a deo: non poſſet fa/
cere quicq̄3. AVGV. Libere conſtanter
veraciter: Hec enim que facta ſunt a domio
a quo fierent niſi a deo? aut quando a diſcipu
lis talia fierent: niſi in eis dominus habita/
ret? CHRY. Quia ergo veritatem locu/
tus eſt in nullo confuſus eſt: quando marie
admirari eum oportebat tunc eū cōdemnant.
Sequitur eni. Reſpōderūt ꝛ dixerūt ei: Jn
peccatis natus es totus: ꝛ tu doces nos.
AVGV. Quid eſt totus? cū oculis clau/
ſis: ſed qui aperuit oculos: ſaluat ꝛ totum.
CHRY. Uel dicit: Totus. ac ſi diceret:
A prima etate in peccatis es. hic igitur eius
cecitatem exprobant oſtendentes q̄ propter
peccata factus eſt cecus: quod rationem non
habebat. donec ergo expectabant eum nega/
turum eſſe: fidedignum eſſe putabant: ſ3 nūc
eum eijciunt. vnde ſequitur. Et eiecerunt eū
foras. AVGV. Jpſi illum magiſtrum fe
cerant: ipſi vt diſcerent totiens interrogaue/
runt ꝛ ingrati docentem proiecerunt. BE/
DA. Solet enim maiorum cōſuetudo a mi
noribus aliquid diſcere dedignari.

¶ Audiuit ieſus: quia eiecerunt eū foras: ꝛ cum inueniſſet eum dixit ei: Tu credis in filium dei? Reſpondit ille ꝛ dixit. Quis eſt domine vt credā in eū? Et dixit ei ieſus. Et vidiſti eū: ꝛ qui loquitur tecū ipſe eſt. At ille ait: Credo domine. Et procidens adora uit eum.

CHRY. Qui propter veritatem ꝛ chri/
ſti confeſſionem iniuria opprimuntur: hi
maxime honorantur: quod in ceco factum ē.
eiecerunt enim eum ex templo iudei. ꝛ inue/
nit eum dominus templi ꝛ eum ſuſcepit: ſi/
cut agonotheta athletam multum laborantem
ꝛ coronauit. vnde dicitur: Audiuit ieſus q̄
eie. eum foras ꝛ cum inue. eum dixit ei. Tu
credis in filium dei? Oſtendit autem euāge/
liſta: quoniam propter hoc venit ieſus vt ei
loqueretur. Jnterrogat autē non ignorans:
ſed volens ſeipſum notum facere: ꝛ oſten/
dens quoniam multum appreciat̄ ei⁹ fidē. q.
dicat. Plebs conuiciata ē mihi. ſ3 nulla mi/
hi ē cura illorū: vni⁹ cura ē: vt tu credas. me
lior ē faciēs volūtatē dei: q̄3 decies mille ini
qui. HYLA. vi. de trini. Si autē ſola chri
ſti qualiſcūq̄3 cōfeſſio fidei eſſet cōſumatio di
ctū fuiſſet: Tu credis in chriſtum. Sed quia
hereticis pene omnibus hoc nomen in ore
eſſet futurum vt chriſtum confiterentur: ꝛ fi
lium tamen negarent id quod propriū chri/
ſto ē: ad fidē poſcit̄, ideſt vt credat̄ i dei filiū.
Credidiſſe autē in dei filium quid proficit ſi
credatur in creaturam cum a nobis fides in
chriſto non creature dei ſed filij dei poſtule
tur. CHRY. Nondum autem cecus chri
ſtum nouerat cecus enim erat antequā veni

ret ad chriſtum: ⁊ poſt curationẽ a iudeis cir/
cuntrahebatur. vnde ſequitur: Reſpõdit ille
⁊ dixit. Quis eſt domine vt credam in eum?
Deſiderantis ⁊ valde ingerentis anime ver
bum eſt: pro quo tot diſputauit. Nunc igno
rat: vt diſcas in eo veritatis amorem. nõdū
dixit ei dominus: Ego ſū qui curaui te. ſed
medie adhuc loquitur. vnde ſequitur: Et vi
diſti eum. THEOPHI. Hoc autem di
cit: vt reducat ei in memoriã ſanitatem: ⁊ q̃
ab ipſo virtutem viuendi acceperat. Atten/
de autem quoniam qui loquebatur ex maria:
natus eſt: ⁊ ipſe idem eſt dei filius: non alius
⁊ alius ſm̃ errorem neſtorij. vnde ſequitur:
Et qui loquitur tecum ipſe eſt. AVGV.
Modo lauat faciem cordis eius. Deniq̃ iã
facie lota cordis ⁊ mundata conſciẽtia: agno/
ſcit illum non filium hominis tantum quod
ante crediderat: ſed iam filium dei qui carnẽ
ſuſceperat. vnde ſequitur: At ille ait: Credo
domine. Parum eſt credere. vis videre qua
lem credat. Et procidens adorauit eum. BE
DA. In quo poſſunt ſumere exemplū: vt
non erecta ceruice quis dominum roget ſed
ſupplex in terram proſtratus eius miſericor
diam imploret. CHRY. Per hoc igitur
eius diuinam virtutem oſtendens ⁊ verbo
opus adiungens. dominus autem illum fer
uentiorem circa fidem fecit: ⁊ eos qui ſeque/
bantur erexit.

## ❡ Feria. v. Luce. vii. cap.

IBat ieſus in ciuitatẽ que
vocatur naym: ⁊ ibant cū
eo diſcipuli eius: ⁊ turba
copioſa. Cum autem ap
propinquaret porte ciuita
tis: ecce defunctꝰ efferebatur filius vni
cꝰ matris ſue. Et hec vidua erat ⁊ tur
ba ciuitatis multa cum illa. Quam cū
vidiſſet ieſus miſericordia motus ſup
eam dixit illi: Noli flere. Et acceſſit ⁊
tetigit loculum. Hi autem qui porta
bant ſteterunt. Et ait: Adoleſcens: ti
bi dico ſurge. Et reſedit qui erat mor
tuus ⁊ cepit loqui: ⁊ dedit illum matri
ſue. Accepit autem omnes timor: ⁊ ma
gnificabant deum dicentes: Quia pro
pheta magnus ſurrexit i nobis: ⁊ quia
deus viſitauit plebem ſuam.

CYRIL. Mira dominus miris annectit
⁊ ſupra quidem accerſitus occurrit: hic vero
non vocatus accedit. vnde dicitur. ibat ieſus
in ciui. q̃ vocaẗ naym. BEDA. Naym eſt
ciuitas galilee i ſcđo miliario montis tabor.
diuino aũt nutu multa turba dñm comitatur:
vt multi eſſent tanti miraculi teſtes. vñ ſequi
tur: Et ibãt cū illo diſcipuli eiꝰ ⁊ turba copio
ſa. GREGO. Niſenꝰ: Reſurrectõis ãt
experimentū nõ ita ꝟbis ſicut opibus a ſal/
uatore didicimꝰ q ab īferioribꝰ inchoãs opꝰ
miraculi: fidẽ noſtram aſſuefacit ad maiora.
Primo q̃dẽ i egritudine deſperata ſui cẽtu/
rionis: reſurrectionis incepit poteſtatẽ. poſt
hec altiori poteſtate ducit homines ad fidem
reſurrectionis: dum ſuſcitauit filium vidue:
qui ferebatur ad monumentum. vnde ſequi/
tur: Cum autem appropin. por. ciui. ecce de
fun. effere. fi. vni. matris ſue. Diceret enim
aliquis de puero centurionis: q̃ mortuꝰ nõ
erat. vt igitur temerariam linguam compeſce
ret: iam defuncto iuueni chriſtum obuiare fa
tetur vnico filio vidue. nam ſequitur: Et hec
vidua erat ⁊ tur. ciui. mul. cum illa: Erumne
molē breuibus verbis explicuit. Mater vi
dua erat: ⁊ non ſperabat vlterius filios pro/
creare: non habebat in quem aſpectum diri/
geret vice defuncti. hunc ſolum lactauerat:
ſolus aderat alachritatis cauſa in domo: quic
q̃d mr̃i dulce ac p̄cioſum hic ſolus extiterat.
CYRIL. Miſerãda paſſio ⁊ ad fletum ⁊
lachrimas potẽs puocare. vñ ſeq̃r: Quã cū
vidiſ. do. miſ. motus ſup eã dixit illi: noli fle
re. BEDA. q. d. Deſiſte. quaſi mortuū fle
re quem mox viuum reſurgere videbis.
CHRY. Iubens aũt ceſſare a lachrymis
q ꝯſolaẗ meſtos: monet nos p̄ntibꝰ defũctis
ꝯſolationẽ recipe reſurrectionẽ ſperãtes: te/
net aũt feretrum vita obuiãs morti. vñ ſeq̃r:
Et acceſſit ⁊ tetigit locu. hi au. qui porta. ſtete
runt. CYRIL. Iõ aũt nõ ſolo ꝟbo pagit
miraculū: ſꝫ ⁊ feretrū tãgit: vt cognoſcas effi
cax eſſe ſacrū chriſti corpus ad humanã ſalu/
tem: eſt enim corpus vite ⁊ caro verbi omni/

potentis cuius habet virtutem ſicut enim ferrum adiunctum igni ꝑficit opus ignis: ſic poſtq̄ caro vnita eſt verbo qḋ viuificat oīa: ipſa quoqȝ facta eſt viuificatiua ⁊ mortis expulſiua. TYTVS. Non aūt ſaluator ſimilis eſt helie deflēti filiū ſaraptane. nec qualis heliſeus: q ꝓpriū corp⁹ applicuit corpori defuncti: nec qualis eſt petrus. q ꝑ thabita orauit: ſȝ ipſe eſt q non entia velut entia vocat: q mortuos vt viuos alloqui poteſt. vnde ſequitur: Et ait adoleſcēs tibi dico ſurge. GREGO. niſſenus. Qui dixit adoleſcentem: florentis ſignificauit temporis horam primam producentem lanugineȝ: qui paulo ante mulcebris erat maternorum oculorum aſpectui: iam aſpirans ad tempus ſponſalium virga generis: ſucceſſiōis ramus: baculus ſenectutis. TITVS. Incontanter auteȝ erectus ē cuiſſunt mandata directa. diuina enim poteſtas eſt irrefragabilis: nulla mora: nulla orationum inſtantia. vnde ſequitur: Et reſedit qui erat mor. ⁊ ce. lo. ⁊ dedit illuȝ matri ſue. Indicia ſunt hec vere reſurrectionis. corpus enim exaīe loqui non poteſt. nec reportaſſet mulier ad domum defunctum filium inanimatū. BEDA. Pulchre autem euāgeliſta dn̄m ꝑus miſericordia motū eſſe ſup mr̄e ac ſic filiū reſuſcitare teſtat̄: vt ī vno nobis exēplū imitādē pietatis oñderet: ī altero fide mirāde poteſtatis aſtrueret: vñ ſeq̄t: Accepit āt oēs ti. ⁊ magnificabant deū dicentes: q2 propheta magnus ſur. ī nobis: ⁊ quia deus viſitauit plebē ſuā. CYRIL. Hoc magnum fuit in populo inſenſibili ⁊ ingrato: poſt modicum enim nec ꝓphetā: nec ad vtilitatē populi procedere ipſum exiſtimauit. Nemineȝ autem habitantium iudeam hec. miraculum latuit. vnde ſequitur: Et exijt h ſermo ī vniuerſam iudeam: ⁊ in omnē circa regionem. AMBRO. Idoneum aūt eſt dicere: q ſeptem reſurrectiones añ dñicā narrant̄: quaꝝ ꝑma eſt filij ſaraptane: ſecunda filij ſunamitis: tertia que facta ē in reliquijs heliſei: quarta que facta eſt in naym. quinta filij archiſynagogi: ſexta lazari: ſeptima in chriſti paſſione multa nāq corpora ſanctoruȝ ſurrexerūt. octaua eſt chriſti qui expers mortis remanſit. vlterius in ſignum q communis reſurrectio que morte futura eſt in octaua etate: non tolletur morte: ſȝ indiſſolubilis permanebit. BEDA. Defunctus autem qui extra portaȝ ciuitatis multis eſt intuentibus elatus ſignificat hominem letali funere criminum ſoporatum ⁊ anime mortem non cordis adhuc cubili tegentem: ſed ad multorum noticiā per locutionis operiſue indiciuȝ: quaſi per ciuitatis hoſtia propalanteȝ. Portā enim ciuitatis puto aliquem de ſenſibus eſſe corporalibus: qui bene filius vnicus matris ſue fuiſſe ꝓhibet̄: q2 vna eſt ex multis perſonis collecta mater eccleſia: viduam autem eſſe eccleſiam: omnis anima que ſe domini morte redemptā meminit agnoſcit. AMBRO. Hanc enim viduā populoꝝ turba circūſeptam plus video eſſe q̄ feminā que reſurrectionem vnici adoleſcentis filij a pompa funeris reuocat ad vitam ſuarum contemplatione lachrymaꝝ: que flere prohibetur cum cui reſurrectio debebatur. BEDA. Vel nouati dogma confunditur: qui dum penitentium mundationeȝ euacuare conatur: matrem eccleſiam de natorum ſuorum ſpirituali extinctione ploranteȝ ſpe vite reddende negat conſolari debere. AMBRO. Hic autem mortuus in loculo materialibus quattuor ad ſepulchrum ferebatur elementis: ſed ſpem reſurgendi habebat: q2 ferebatur in ligno: quod ⁊ ſi nobis ante non proderat: tamen poſtea q̄ chriſtus id tetigit: proficere cepit ad vitam: vt eſſet indicio ſalutem populo per crucis patibulum refundendam. In ſecreto enim iacemus exanimes: cū vel ignis in modice cupiditatis exeſtuat: vel frigidus humor exundat: ⁊ pigra quadaȝ corporis habitudine vigor hebetatur animorū. BEDA. Vel loculus in quo mortuus effertur male ſecura deſperati corporis conſcientia eſt. qui vero ſepeliendum portant: vel īmunda deſideria vel blandimenta ſunt ſociorum: qui domino loculum tangente ſteterūt: quia ſuperni formidine iudicij tacta conſcientia: carnales ſepe voluptates ⁊ iniuſte laudātes cohercens ad ſe reuertitur: vocantiq ad vitam reſpōdet ſaluatori. AMBRO. Si ergo graue peccatum eſt: qḋ ꝑnitentie tue lachrymis ipſe lauare non poſſis: fleat. pro te mater eccleſia: aſſiſtat ⁊ turba iam reſurgens a funere: ⁊ incipies alia vita loqui timebunt omnes. vnius enim exemplo omnes corriguntur. Laudabunt etiā deū qui tanta nobis remedia vitande mortis indulſit. BEDA.

Viſitauit autem deus plebem ſuam non ſo/
lum ſemel verbum ſuum incorporando: ſed
ſemper in corda mittēdo. THEOPHI.
Viduam etiam potes intelligere animam vi
rum amittentem. i. diuinum ſermonem. fili/
us enim eſt intellectus qui extra ciuitatem ef
fertur viuentium. Loculus eius eſt corpus
eius: quod quidam dixerunt eſſe per ſepul/
chrum: Tangens autem eum dominus ele/
uat ipſum iuueneſcere faciens eū qui ſurgēs
a peccato incipit loqui ⁊ alios edocere. Non
enim prius ei crederetur.

## ¶ Feria. vi. Joannis. xi. cap.

ERat quidaz languens la
zarus a bethania: de caſtel
lo marie ⁊ marthe ſororū
eius. Maria autez erat
que vnxit dominum vn
guento ⁊ extersit pedes eius capillis ſu
is: cuius frater lazarus infirmabatur.
Miſerunt ergo ſorores eius ad eum
dicentes: Domine ecce quem amas i
firmatur. Audiens autem ieſus dixit
eis: Infirmitas hec non eſt ad mortez:
ſed pro gloria dei vt glorificetur filius
dei per eam. Diligebat autem ieſus
martham ⁊ ſororem eius mariam ⁊ la
zarum.

BEDA. Dixerat euangeliſta dominū trās
iordanem abijſſe: tuncq3 lazarum contigit in
firmari. vnde dicitur: Erat quidam lan. la. a
be. Hinc eſt ꝙ in quibuſdam exemplaribus
copulatiua coniunctio: Et poſita inuenitur:
vt ſequentia verba ſuperioribus connexa vi
deantur. Interpretatur autem lazarus adiu/
tus. Inter omnes enim mortuos quos domi
nus ſuſcitauit: h magis ab eo adiuuatur: quē
non ſolum mortuum ſed quatriduanum ſu/
ſcitauit. AVGV. Inter omnia enim mi/
racula que fecit dominus lazari reſurrectio ꝑ
cipue predicatur. Sed ſi attendamus quis fe
cerit: delectari debemus potius: ꝙ mirari. Il
le ſuſcitauit hominem qui fecit hominē. plus
enim eſt hominem creare ꝙ reſuſcitare. In/
firmabatur autem in bethania lazarus. vnde
dicitur: A bethania de caſtello marie ⁊ mar/
the ſororum eius. Quod caſtellum erat pro/
ximum hieroſolymis. ALCVI. Et quia
plures femine huius nominis erant: ne erra
remus in nomine: oſtendit ex notiſſima actio
ne. nam ſequitur: Maria autem erat que vn
xit dominum vnguento: ⁊ extersit pedes eiꝰ
capillis ſuis. cuius frater lazarus infirmaba
tur. CHRY. Igitur primum quidez illud
neceſſarium diſcere: quoniam hec non fuit il
la meretrix que in luca legitur. Hec eniz ho
neſta fuit ⁊ ſtudioſa circa chriſti ſuſceptionē.
AVGV. de con. euan. Vel aliter. Hoc
dicens ioannes atteſtatur luce: qui hoc in do
mo phariſei cuiuſdam ſimonis factū eſſe nar
rauit. iam itaq3 hoc maria fecerat. Quod au/
tem in bethania rurſus fecit. aliud eſt: quod
ad luce narrationem non pertinet: ſed pariter
narratur a tribꝰ. AVGV. de ver. do. In/
uaſerat igitur lazarum pernicies inimica lan
guoris miſerandi hominis. corpus quotidie
edax febris incendium conſumebat. Aderāt
autem due ſorores languenti: ⁊ caſum dolen
tes: iuuenis egrotātis lectulo iugiter inhere/
bant. vnde de eis mox ſubditur: Miſerunt
ergo ſoro. eius ad eum dicentes: Domine ec
ce quez amas infirmatur. AVGV. ſuper
ioannem: Non dixerunt veni ⁊ ſana. nō au/
ſe ſunt dicere: Ibi iube ⁊ hic fiet: ſed tantum
modo: Ecce quem amas infirmatur. q. d. ſuf
ficit vt noueris: non enim amas: ⁊ deſeris.
CHRY. Per h. n. ad miſerenduz voluīt
attrahere chriſtum. adhuc enim ei quaſi homi
ni intendebant. Ideo autem non iuerunt ad
chriſtum ſicut centurio ⁊ regulus. ſed miſiūt:
quia vehementer confidebant de chriſto: pro
pter multam familiaritatem: quam habebant
ad euz: ⁊ qr a luctu detinebātur. THEO.
Et quia mulieres erant quas non decet de fa
cili domum exire. Multam autem deuotio/
nem ⁊ fidei magnitudinem exprimunt dicen
tes: Ecce quem amas infirmatur. tantaz enī
potentiam in domino eſſe credebant: ꝙ mirꝫ
videretur qualiter virum ſibi dilectum infir/
mitas potuerit occupare. Sequitur: Audi/
ens autem ieſus dixit eis: Infirmitas hec nō

eſt ad mortē. quia ipſa mors non erat ad mor
tem: ſed potius ad miraculum: quo facto cre
derent homines in chriſtum ⁊ vitarent verā
mortem. vnde ſequitur: Sed pro gloria dei.
Vbi ex obliquo dominus deuʒ ſe dixit con/
tra hereticos qui dicunt: ꝙ filius dei non ſit
deus. pro gloria ergo cuius dei audi quod ſe
quitur: Vt glorificetur filius dei per eam. ſ.
infirmitatem. CHRY. Hoc auteʒ vt: nō
eſt cauſale: ſed euentus. Nam euenit quideʒ
aliunde infirmitas: vſus eſt autem ea in glo
riam dei. Sequitur: Diligebat autem ieſus
martham ⁊ ſoro. eius ma. ⁊ lazarum. AV/
GV. Ille languens: ille triſtes: omnes dile
cti. Habebant ergo ſpē: quoniam diligeban
tur ab eo qui eſt dolentiuʒ conſolator: languē
tiumqꝫ ſanator. CHRY. Per hoc etiam
erudit nos euāgeliſta non triſtari ſiqua infir
mitas facta fuerit circa bonos viros ⁊ dei
amicos.

¶ Vt ergo audiuit quia infirmaba-
tur tunc quidem manſit in eodem lo-
co duobus diebus. Deinde poſt hec
dicit diſcipulis ſuis eamus in iudeam
iterum. Dicunt ei diſcipuli: Rabbi:
nunc querebant te iudei lapidare: ⁊ ite
rum vadis illuc? Reſpondit ieſus:
Nonne duodecim hore ſunt diei? Si
quis ambulauerit in die non offendit:
quia lucem huius mundi videt: Si au
tem ambulauerit in nocte: offendit: qꝛ
lux non eſt in eo.

ALCVI. Dominus nunciata infirmita/
te lazari quouſqꝫ quatriduum compleretur:
ſanare diſtulit vt mirabilius ſuſcitaret. vnde
dicitur: Vt autem audiuit quia infirmabať:
tunc quidem manſit in eodem loco duobus
diebus. CHRYSO. Vt ſcilicet expira/
ret ⁊ ſepeliretur ⁊ dicant: Quoniam fetet vt
nullus poſſet dicere quoniam nonduʒ defun
ctū euʒ ſuſcitauit. ſed ſtupor fuit ⁊ nō mors.
Sequitur: Deinde poſt hec dicit diſcipulis
ſuis. Eamus in iudeam iterum. AVGV
STI. Vbi pene fuerat lapidatus: quia ꝓ/
pterea inde diſceſſiſſe videbatur ne lapidare/
tur. Diſceſſit enim vt homo. Sed in redeun
do quaſi oblitus infirmitatem: oſtendit pote/
ſtatem. CHRYSO. Nuſquam autem
alibi dominus predixit diſcipulis quo iturus
eſſet: ſed hic predixit: quia formidabant ve/
hementer: vt non repente eos conturbet.
Nam ſequitur: Dicunt ei diſcipuli: Rabbi:
nunc querebant te iudei lapidare: ⁊ tu iteruʒ
vadis illuc? formidabant enim ⁊ pro eo ⁊ ꝓ
ſeipſis. nondum enim erant in fide firmati.
AVGVSTI. Cum autem vellent dare
conſilium homines deo: diſcipuli magiſtro:
corripuit eos. vnde ſequitur: Reſpondit ie/
ſus: Nonne duodecim hore ſunt diei? Vt
enim diem ſeſe oſtenderet duodecim diſcipu
los elegit. In hoc autem verbo non ipſuʒ iu
dam: ſed ſucceſſorem eius preuidebat. Iuda
enim cadente ſucceſſit mathias: ⁊ duodena/
rius numerus manſit. Hore ergo illuſtren/
tur a die ⁊ per horarum predicationem cre/
dat mundus in diem. Me ergo ſequimini:
ſi non vultis offendere. vnde ſubdit: Siqs
ambulauerit in die. non offendit: quia lucem
huius mundi videt. Siquis autem ambula/
uerit in nocte offendit quia lux non eſt in eo.
CHRYSO. q. d. qui ſibi nihil conſcius
eſt nequicie: nihil patietur verſutie. Qui ve/
ro mala agit patietur. Itaqꝫ non oportet for/
midare: nihil enim dignuʒ morte geſſimus.
Vel aliter: Siquis lucem huius mundi vi/
det. ſecurus eſt: multomagis qui mecum eſt
niſi amouerit ſe a me. THEOPHI/
LVS. Quidam vero hunc diem intelligūt
tempus precedens paſſionem: noctem vero
ipſam paſſionem. Dicit ergo eis. Dum di/
es eſt ideſt dum nondum imminet tempus
paſſionis non offendetis. Non enim vos ꝑ
ſequentur iudei. Cum auteʒ nox venerit paſ
ſionem propriam dico: et tunc noctem poſſi/
debitis anguſtiarum.

¶ Hec ait: ⁊ poſt hec dicit eis: Laza
rus amicus noſter dormit: ſed vado vt
a ſomno excitem euʒ. Dixerunt ergo
diſcipuli eius: Domine ſi dormit ſal/
uus erit: Dixerat autem ieſus de mor
te eius: illi autem putauerunt quia de
dormitione ſomni diceret. Tunc er
go ieſus dixit eis manifeſte: Lazarus
mortuus eſt: ⁊ gaudeo propter vos vt
credatis quoniam non eram ibi. Sed

eamus ad eum Dixit ergo thõas q' dicitur didymus ad ꝯdiſcipulos: Eamꝰ ⁊ nos ⁊ moriamur cũ eo.

CHRY. Poſita vna cõfortatione diſcipulorũ: hic alio modo eos confortat oſtendẽs qm̃ nõ hieroſolymã debent ire ſed in bethaniã. vñ dicit: Hec ait: Et poſt h dicit ill'. Lazarꝰ amicꝰ nr̃ dormit ſed vado vt a ſõno excitẽ eũ. q. d. Non eo rurſus diſputaturꝰ cõtra iudeos: ſed amicũ noſtrũ excitaturus: ꝑꝑ hoc ergo dicit: Amicꝰ noſter: vt oſtendat neceſſariũ ſuum aduentũ. AVGV. Q̃ð aũt dixit dormit verũ dixit dño dormiebat: hominibus mortuus erat q eũ ſuſcitare nõ poterãt. Nam dominus tanta facilitate excitabat de ſepulchro quãta tu: excitas dormiẽtẽ de lecto. Ergo ſm̃ potentiam ſuam dixit dormiẽtem: ſicut ⁊ apoſtolus dicit: De dormientibus autem nolo vos ignorare: dormientes appellauit: quia reſurrecturos prenunciauit. Sed quomodo intereſt in ipſis qui quotidie dormiunt ⁊ exurgunt: quid quiſq3 videat in ſomnis: alij ſentiunt leta ſomnia: alij torquẽtur: Sic vnuſquiſq3 cum cauſa ſua dormit: cum cauſa ſua ſurgit. CHRY. Diſcipuli autem impedire voluerunt eius aduentum in iudeam. vnde ſequitur: Dixerunt ergo diſcipuli eius: Domine ſi dor. ſal. erit. Solet enim eſſe ſomnus egrotantium ſalutis indicium. q. d. Si dormit non igitur vtile eſt: ꝙ tu vadas ad excitandum eum. AVGV. Quomodo ergo intellexerunt diſcipuli ſic reſponderunt. vnde ſequitur: Dixerat autẽ ieſus de morte eius. illi vero putauerunt ꝙ de dormitione ſomni diceret. CHRY. Si vero quis dicat quomodo non cognouerunt diſcipuli mortuum eſſe ab eo quod dixit: Vado vt excitẽ illum: ſtultum enim erat cum ire per tot ſtadia vt lazarum a ſomno excitaret. Iſtud dicemus: quoniam eſtimabant h enigma eẽ qualia multa loquebatur. AVGV. Quia ergo obſcure dixerat: Dormit: manifeſtat quod dixerat. vnde ſequitur: Tũc ergo dixit eis ie. mani. Laza. mor. ẽ. CHRY. Non autem hic adiecit. Vado vt reſuſcitem eum. non enim volebat verbis perdicere qð per opera debebat certificare: vanam gloriã3 vbiq3 nos fugere docens: Et ꝙ non oportet ſimpliciter ꝓmittere. Sequitur. Et gaudeo propter vos vt credatis quoniam non eram ibi. AVGV. Eger eni3 non mortuus fuerat nunciatus: ſed quo lateret eum qui creauerat: ad cuius manus anima morientis erierat. Ait ergo: Gaudeo propter vos vt credatis: quoniam non eram ibi. vt iam inciperent admirari: quia dominus poterat dicere mortuum quod nec viderat: nec audiuerat. Vbi meminiſſe debemus ꝙ adhuc etiam ipſorum diſcipulorum miraculis edificabatur fides: non vt eſſe inciperet: ſed vt que ceperat creſceret: ꝙ ergo dicit: Vt credatis: intelligendum eſt vt amplius robuſtiuſq3 credatis: THEO. Intellexerunt autem quidam hoc ſic: Gaudeo inquit pro vobis. nam cu3 illic non extiterim: cõfert ad maioritatẽ fidei veſtre: quoniam ſi aſtitiſſem egrotantem curaſſem quod eſſet modicum ſignum ad mee virtutis indicium. qꝛ vero me abſente ſuperuenit mors: potius in fide mea corroborami ni: cum videbitis me poſſe etiam defunctum putreſcentem reſuſcitare. CHRY. Igitur omnes diſcipuli quidem timebant iudeos: ſuper alios vero thomas. vnde ſequitur: Dicit ergo thomas qui dicitur didymus ad condiſcipulos: Eamꝰ ⁊ nos ⁊ mori. cum eo. Infirmioꝛ enim erat alijs ⁊ infidelioꝛ: poſtea oĩbus foꝛtioꝛ factus eſt ⁊ irreprehẽſibilis: q ſolus oꝛbem terrarum percurrit: ⁊ in medijs plebibus voluebatur volentibus eum interficere. BEDA. Vel caſtigati diſcipuli ſuperioꝛibus domini verbis non auſi ſunt vltra contradicere. Sed thomas pre omnibus ſocios hoꝛtatur: vt irent ⁊ moꝛerentur cum eo. In quo magna eius videtur eſſe cõſtantia. Sic enim loquebatur: qſi facere poſſet que alios hoꝛtabat: imemoꝛ ſue fragilitatis, ſicut ⁊ petrus.

¶ Venit itaq3 ieſus: ⁊ inuenit eum quattuoꝛ dies iam in monumento habentem. Erat autem bethania iuxta hieroſolymam quaſi ſtadijs quindecĩ. Multi autem ex iudeis venerant ad martham ⁊ mariam vt conſolarentur eas de fratre ſuo. Martha ergo vt audiuit: quia ieſus venit occurrit illi: maria autem domi ſedebat. Dixit ergo martha ad ieſu3: Domi-

ne ſi fuiſſes hic: frater meus nõ fuiſſet
mortuus. Sed & nunc ſcio quia quecū
qz popoſceris a deo dabit tibi deus.
Dicit illi ieſus: Reſurget frater tuus
Dicit ei martha: Scio quia reſurget
in reſurrectione in nouiſſimo die. Di
cit ei ieſus: Ego ſum reſurrectio & vi
ta. Qui credit in me etiam ſi mortuus
fuerit viuet: & omnis qui viuit & credit
in me non morietur in eternum. Cre
dis hoc? At illi: Utiqz domine: Ego
credidi: quia tu es chriſtus filius dei vi
ui qui in hunc mundum veniſti.
ALCVI. Dominus ad hoc venire diſtu
lerat: vt quatriduum impleretur: vt lazarus
glorioſius reſuſcitaretur. vnde dicitur: Ve
nit itaqz ie. & inue. eum qua. di. iaz in mo. ha
bentem. CHRY. Manſerat. n. dominꝰ
duobus diebus & ante duos dies venerat nū
cius. In qua die lazarus eſt defunctus: ipſe
autem quarta die acceſſit. AVGV. De q̄t
tuor autez diebus multa dici poſſunt. Diuer
ſis. n. modis vna res ſignificari poteſt. Eſt
enim vnus dies mortis quem homo trahit d̄
mortis propagine. Sed & legem naturalem
tranſgrediūtur homines: ecce alter dies mor
tis. Lex etiaz ſcripture data eſt diuinitus per
moyſen & ipſa contemnitur. Adde tertiuz di
em mortis. venit euangelium & ipſum tranſ
grediūtur homines. Ecce quartus dies mor
tis: etiam ad tales excitandos dominus non
dedignatur accedere. ALCVI. Aliter.
Primum peccatum extitit latio in corde: ſe
cundum conſenſus: tertium factum. quartū
conſuetudo. Sequitur: Erat au. be. iuxta hie
ro. quaſi ſtadijs. xv. CHRY. Quod erat
miliaria duo. Hoc autem inducitur ad oſten
dendum ꝙ congruum fuit multos iudeorum
a hieroſolymis adeſſe. vnde ſubditur: multi
autez ex iu. vene. ad ma. & mar. vt conſo. eas
de fra. ſuo. Sed quomodo iudei conſolaban
tur dilectas a chriſto cum iam ſtatuiſſent ꝙ ſi
quis chriſtum confiteretur extra ſynagogam
fieret. Sed propter calamitatis neceſſitatem:
aut q̄ſi nobiles has mulieres reuerentes eas
conſolabantur: aut quia hi aderant q non ma
li erant. multi enim ex ipſis credebant. Hoc
autem dicebat euangeliſta: ad oſtendendum
ꝙ lazarus vere mortuꝰ erat. BEDA. Nō
dum autem dominus caſtelluz introierat: vn
de adhuc extra caſtellum poſito occurrit mar
tha. vnde ſeq̄r: Martha au. vt. au. ꝙ ie. ve.
occurrit illi Maria au. do. ſe. CHRY.
Non autem aſſumit ſororem obuiam chriſto
vadēs. Uult. n. ſingulariter chriſto loqui: &
qđ factum eſt ei ānunciare cū vero eā i bonā
ſpem duxit: tunc abit & vocauit mariam.
THE. Primo itaqz non pandit ſorori: vo
lens aſtātes hoc latere: qm̄ ſi pcepiſſet maria
xp̄m accedere: obuiā iret & comitarent eā pre
ſentes iudei: quibus notū fore aduentuz ieſu
martha nolebat. Sequitur. Dixit autez mar
tha ad ieſum: domine ſi fu. hic fra. me. nō fu
iſſet mortuꝰ. CHRY. Credebat. n. i chri
ſtum: ſed non vt oportebat: nondum eniz co
gnoſcebat: quoniā deus erat: & ideo dicebat:
Si fuiſſes hic: frater meus non fuiſſet mor
tuus. THEO. Quaſi diffidens quoniam
etiam abſens ſi vellet: poſſet prohibere mor
tem fratris ſui. CHRY. Nondum etiam
cognoſcebat ꝙ ꝓpria virtute hoc faceret: qđ
apparet ex hoc quod ſubditur: Sed & nunc
ſcio quia quecunqz popoſceris a deo dabit ti
bi deus: vt de virtuoſo quodam & approba
to viro loquens. AVGV. Non autez di
cit ei: Rogo te vt reſuſcites fratrem meum.
vnde eniz ſciebat: ſi fratri eius reſurgere vti
le fuerat: hoc tm̄ dixit: Scio quia potes ſi vis
facere: vtrum facias: iudicij tui eſt: non pre
ſumptionis mee. CHRY. Dominus au
tem vtraqz que non cognoſcebat eaz docuit.
vnde ſequitur: Dixit ei ie. reſur. fra. tuus.
Non dixit petam vt reſurgat: ſed ſi diceret:
Non indigeo adiutorio: a meipſo omnia fa
cio: valde fuiſſet graue mulieri. ſed hoc dice
re: Reſurget: mediuz erat. AVGV. Am
biguum autem fuit ꝙ dixit Reſurget. Non
enim ait Modo. & ideo ſequitur: Dicit ei mar.
Scio quia reſurget in reſurrectōne in nouiſ.
die. De illa reſurrectione ſecura ſum: d̄ hac
incerta ſum. CHRY. Audierat autez mu
lier multa a chriſto de reſurrectōne loquente.
dominus autem manifeſtius ſuam oſtendit
auctoritatem. nam ſubditur: Dicit ei ie. Ego
ſum reſur. & vi. oſtendens quoniam non in
diget alio adiutorio. ſi enim alio adiutorio in
digeret: qualiter erit reſurrectio? Si vero ipſe

eſt vita: non loco circūcluditur: ſed vbiqꝫ exi/
ſtens poteſt ſanare. ALCVI. Jdeo ego
ſum reſurrectio: quia vita. Per quem tunc
cum alijs reſurget: per eundem poteſt ⁊ mo/
do reſurgere. CHRY. Jlla ergo dicente
quecunqꝫ petieris: ipſe dicit: Qui cre. in me
etiam ſi mor. fue. vi. oſtendens quoniam ip/
ſe eſt tributor bonorum ⁊ ab ipſo oportet pe/
tere: per hoc autem eius intellectum eleuat. ſi
enim hoc erat ſolum quod querebatur: vt ſo/
lum lazarum ſuſcitaret ſed etiaꝫ oportebat eā
⁊ qui preſentes erant diſcere reſurrectioneꝫ.
AVGV. Dicit ergo: Qui cre. in me eti/
am ſi mor. fu. in carne. Viuet in anima. do/
nec reſurget caro nūqꝫ poſtea moritura. Nā
vita anime fides eſt. Sequitur: Et omnis q
vi. in carne. ⁊ cre. in me. etiam ſi moriatur ad
tempus propter morteꝫ carnis. Non morie
tur in eternum. ALCVI. Propter vitaꝫ
ſpiritus ⁊ immortalitatem reſurrectionis.
Sciebat autem dominus: quem nihil latet: ꝙ
hoc credebat: ſed confeſſionem qua ſaluare/
tur querit. vnde ſequitur: Credis hoc? Ait il
li: vtiqꝫ domine ego cre. quia tu es chriſtus fi
lius dei viui q in hūc mun. ve. CHRY.
Videtur mihi non intellexiſſe mulier quod
dictum eſt: ſed quoniam magnum quid erat
intellexit: non tamen cognouit quid eſt: pro/
pterea aliud interrogat: aliud reſpōdit. AV
GV. Vel aliter: Qm̄ hoc credidi ꝙ filius
es dei: credidi quia tu es vita: quia ⁊ qui cre/
dit in te etiam ſi moriatur viuet.

¶ Et cuꝫ hec dixiſſet: abijt ⁊ vocauit
mariam ſororem ſuam ſilentio dicens:
Magiſter adeſt: ⁊ vocat te. Jlla vt
audiuit ſurrexit cito: ⁊ venit ad cuꝫ nō
dū. n. venerat ieſus in caſtellū: ſed erat
adhuc ī illo loco vbi occurrerat ei mar
tha: Judei ergo qui erant cum ea ī do
mo ⁊ conſolabantur eam: cū vidiſſent
mariam quia cito ſurrexit ⁊ exiit: ſecu/
ti ſunt eam dicētes: Quia vadit ad mo
numentum vt ploret ibi. Maria er
go cum veniſſet vbi erat ieſus videns
eum: cecidit ad pedes eius: ⁊ dixit ei.
Domine ſi fuiſſes hic non eſſet mor

tuus frater meus.
CHRY. Ex virtute ſermonum chriſti in
terim martha lucrata eſt luctus diſſolutionē.
ea enim que ad magiſtrum erat deuotio: non
permittebat eam ſentire preſentia que luctuꝫ
inducere poterant. vnde dicitur: Et cum hec
dixiſſet: abijt ⁊ vo. ma. ſoro. ſuā ſilen. AV
GV. Aduertendum ꝙ ſuppreſſam vocem
ſilentium nuncupauit. nam quomodo ſiluit:
cum ſubdatur dicens. Magiſter adeſt ⁊ vo/
cat te. CHRY. Jdeo autem occulte ſororē
vocat: ſi. n. ſciuiſſent iudei chriſtum adueni/
re receſſiſſent: ⁊ non fuiſſent teſtes miraculi.
AVGV. Aduertendum etiam quemad/
modum euangeliſta non dixerit: vbi vel quā
do vel quomodo mariam dominus vocaue/
rit: vt hoc in verbis marthe potius intellige/
retur narratōnis breuitate ſuata. THEO.
Siue etiam ipſam chriſti preſentiam vocatio
neꝫ reputauit. q. d. Jnexcuſabile eſt vt eo pre
ſente tu non exeas obuiam ipſi. CHRY.
Omnibus autem aſſidentibus illa lugens ⁊
plangens non expectauit ad ſe venire magi/
ſtrum neqꝫ dignitatem ſeruauit: neqꝫ a luctu
detenta eſt: ſed ſurgens confeſtim obuiauit.
vnde ſequitur: Jlla vt audi. ſur. cito ⁊ ve. ad
eum. AVGV. Ex quo patet ꝙ non illam
preueniſſet martha ſi ei notus fuiſſet aduen/
tus ieſu. Sequitur. Nondum enim venerat
Je. in caſt. ſed erat adhuc in illo loco vbi oc/
currerat ei martha. CHRY. Vacantius
enim ibat: vt non videatur inijcere ſeipſum
miraculo: ſed rogari ab alijs. Hoc igit vult
occulte euāgeliſta inſinuare: aut quia cito cur
rebat: vt anticiparet eum venienteꝫ. venit au
teꝫ non ſola: ſed omnes trahens iudeos. vn
de ſequitur: Judei igitur qui erant in domo
cum ea: ⁊ conſola. eam. cum vidiſ. ma. quia
cito ſurre. ⁊ exijt: ſecuti ſunt eam dicentes: q
va. ad mo. vt ploret ibi. AVGV. Hoc ꝑ
tinuit ad euangeliſtam narrare vt videamus
que occaſio fuerit ꝙ plures ibi eſſent: quan/
do lazarus reſuſcitatus eſt: vt taꝫ grande mi
raculum quatriduani mortui reſurgentis te/
ſtes plures inueniret. Sequitur. Maria er/
go cum ve. vbi erat ieſus: videns eum ce. ad
pedes eius. CHRY. Feruentior hec ſoro
re erat: non. n. turbā verecundata eſt: nec ſu/
ſpitionem timuit: quam de chriſto iudei habe
bant: cuꝫ aliqui inimicorū chriſti intereſſent:

ſed omnia contempſit humana preſente ma-
giſtro ⁊ ſoli ſe dabat ei qui ad magiſtrum ho-
nori. THEOPHI. Quamuis etiaꝫ ſe di-
minute videbatur habere dicens: Domine
ſi fuiſſes hic fra. meus non fuiſ. mor. AL-
CVI. q. d. Dum nobiſcuꝫ preſens fuiſti:
non morbus: non infirmitas aliqua appare-
re auſa eſt: apud quas vita nouerat habitare
ſiue hoſpitari. AVGV. de ver. O infide-
lis conuenio te adhuc poſito in ſeculo lazarꝰ
amicus moritur. Si amicus moritur inimicꝰ
quid patietur? parum eſt ſi non tibi ſoli ſupe-
ri ſeruiunt. Ecce tuum dilectum inferi rapue-
runt. BEDA. Non autez omnia dixit ma-
ria que martha protulerat: quia conſueto ho-
minum more lachrymis non omnia que vo-
luit ⁊ in animo habuit proferre potuit.

¶ Jeſus ergo vt vidit eam plorantē
⁊ iudeos qui venerant cum ea ploran-
tes īfremuit ſpiritu ⁊ turbauit ſeipſum
⁊ dixit. Ubi poſuiſtis euꝫ? Dicunt ei
Domine veni ⁊ vide. Et lachrymatꝰ
eſt ieſus. Dixerunt ergo iudei: Ecce
quomodo amabat eum. Quidam au-
teꝫ ex ipſis dixerunt: Non poterat hic
q aperuit oculos cecinati facere vt hic
non moreretur? Jeſus ergo rurſum
fremēs in ſemetipſo venit ad monumē-
tum. Erat autem ſpelunca: ⁊ lapis ſu-
ꝑpoſitus erat ei. Ait ieſus. Tollite la-
pidē. Dicit ei martha ſoror eiꝰ q mor-
tuꝰ fuerat: Domine iam fetet: quatri-
duanus eſt .n. Dicit ei ieſus: Nonne
dixi tibi: quoniā ſi credideris videbis
gloriam dei? Tulerunt ergo lapideꝫ.
CHRY. Marie loquēti nihil chriſtus lo-
quitur: neqꝫ ea dicit que ſorori dixerat. turba
.n. aderat multa ⁊ non erat tempus illorum
verborum: Sed condeſcendit ⁊ humiliatur:
humanam naturam denudans: quia .n. mira-
culum magnum erat futurum: ⁊ multos per
id lucraturus: ſua condeſcenſione attrahit te-
ſtes: ⁊ humanā monſtrat naturam. vñ dr̄: Je-
ſus ergo vt vidit eā plorantē: ⁊ iu. q ve. cum
ea plo. īfre. ſpū ⁊ turba. ſemetipſum. AV-
GV. Quis .n. eū poſſet niſi ipſe turbare?
Turbatꝰ ē xp̄s: qꝛ voluit. eſuriuit: qꝛ voluit:
ī illiꝰ poteſtatē erat ſic vel ſic affici vel nō affi-
ci. Verbū .n. aīaꝫ ſuſcepit ⁊ carnē: totꝰ hoīs
ſibi coaptans in perſone vnitate naturā: ac ꝑ
hoc vbi ſumma poteſtas ē: ſm̄ volūtatis nu-
tum turbat̄ īfirmitas. THEO. Ad appro-
bādā .n. ꝯditionē humanā iubet ei qđ ſuū eſt
ꝓſeq: necnon iniungit ei v̄tute ſpūſſci illāqꝫ
cōpeſcit. Nec aūt cūcta naturā pati dñs ꝯni-
uet: cū approbādo ꝙ hō verꝰ ⁊ nō apparens
fuerat: tū ēt nos monēdo: ac metā meſticie ⁊
iocunditati īponendo. Nā ex toto nec cōpati
nec merere ferinū: ac hoꝝ exuberātia mulie-
bre? Sequitur ⁊ dixit. vbi poſuiſtis eū. AV-
GV. de v̄. do. Non locū ſepulti ignorare
credi debuerat: ſꝫ fidē populi approbare vo-
lebat. CHRY. Nō .n. vult ipſe ſe inijce-
re: ſꝫ oīa ab alijs diſcere ⁊ rogatꝰ facere vt ab
omni ſuſpitiōe eripiat ſignū. AVGV. li.
lxxxiij. que. Qđ ⁊ īterrogat vocatōnē noſtrā
q̄ fit ī occulto arbitror ſignificare. Predeſti-
natio .n. noſtre vocatōis occulta ē: cuiꝰ ſecre-
ti ſignū ē īterrogatio dñi quaſi neſciēns cum
ipſi neſciamꝰ: vel ꝙ ignorare ſe pctōres alio
loco dñs oſtēdit dicēs: Nō noui vos. qꝛ ī di-
ſciplina ⁊ pceptis eiꝰ nō ſunt peccata. Sequi-
tur: Dicunt ei dñe veni ⁊ vide. CHRY.
Nondū .n. aliqđ ſignū reſurrectionis mon-
ſtrauerat: vnde ita videbat̄ iturus vt lachry-
maturus: nō vt reſuſcitaturꝰ. propter hoc ei
dicunt: Veni ⁊ vide. AVGV. Videt au-
tem dominus quando miſeretur: vnde illi di-
citur: Vide humilitatem meam ⁊ laboreꝫ me-
um ⁊ dimitte omnia peccata mea. Sequitur:
Et lachryma. ē ieſus. ALCVI. Qꝛ fons
pietatis erat: flebat ꝓ pte humanitatis: quē re-
ſuſcitare poterat ꝑ potēnā diuinitatis. AV-
GV. Quare aūt fleuit xp̄s: niſi qꝛ hoīes fle-
re docuit? BEDA. Eſt autem hominum
conſuetudo caros ſuos mortuos lugere. Se-
cundum hanc conſuetudinem iudei domi-
num flere putabant. vnde ſubditur: Dixe-
runt ergo iu. Ecce quomodo amabat eum.
AVGV. Quid eſt amabat eum? Nō ve-
ni vocare iuſtos: ſed peccatores ad penitenti-
am. Sequitur. Quidam auteꝫ ex ipſis dixe.
Nō pote. hic qui ape. ocu. ceci nati facere vt
Miſerunt principes ⁊ phariſei miniſtros vt apprehenderent ieſum. Dixit ergo eis ieſus. Adhuc modicum tempus vobiſcum ſum ⁊ vado ad eum qui me miſit: Queritis me ⁊ non inuenietis: ⁊ vbi ego ſuꝫ vos non poteſtis venire. Dixerunt ergo iudei ad ſemetipſos. Quo hic iturus eſt: quia non inueniemus eum? Nūquid in diſperſionem gentium iturus eſt: ⁊ docturus gentes? Quis eſt hic ſermo quem dixit: queritis me ⁊ non inuenietis: ⁊ vbi ſum ego vos non poteſtis venire?

CHRY. Multa q̄dē locut⁹ ē ſupra. ſꝫ nihil tale fecerūt: qđ maxime. n. eos mordebat: hoc erat: q̄ꝛ turbe. ſ. xp̄m glorificabāt. Sabbati aūt ſolutio apparēs cā erat: quā. ſ. ꝑtendebāt: ⁊ ipſi q̄dē nō audebāt xp̄m cape ꝑiculū timētes. Miſtros āt mittūt tanq̄ꝫ ꝑiculis expoſitos. AVGV. Qr̄ ḡ nō poterāt apphēdere nolētē. miſſi ſunt vt: audirēt docētē. Seq̄t enī: Dixit ḡ ieſus: Adhuc modicū tp̄s vobiſcū ſuꝫ. CHRY. Verba loq̄t humilitatis plena: ac ſi diceret: Quid feſtinatis me iterficere: paruum expectate tp̄s. AVGV. Qđ mō ḡ vultis facere facturi eſtis: ſꝫ nō mō: q̄ꝛ nolo. Jmplere. n. debeo diſpēſationē meā: ⁊ ſic ꝑuenire ad paſſionē. CHRY. Per h̄ igit̄ audacioꝛē turbā terruit: ſtudioſioꝛeꝫ ꝟo magis auidā faciebat ad audiendū: q̄ſi paruo tp̄e derelicto: i quo poſſent hac doctrina potiri. Nō aūt dixit ſimplicit̄: Hic ſuꝫ: ſꝫ Vobiſcū ſum. q. d. Et ſi ꝑſeq̄mini me: nō tñ ceſſabo q̄ ſunt ꝓ vobis diſpēſans: ⁊ ea q̄ ſunt ad ſalutē docēs ⁊ monens vos. Qđ aūt ſubdit: Et vado ad eū q me mi. ſufficiēs erat eos terrere. THEO. Tanq̄ꝫ pri ſit de ipſis ꝯq̄ſturus: q̄ꝛ ſi miſſum obprobrijs affecerūt: nō eſt dubiū q̄ꝛ ⁊ mittēti fecerūt iniuriā. BEDA. Dic̄ aūt: Vado ad eū q miſit me: ac ſi diceꝛꝫ: reuertēs aſcēdo ad prēꝫ q me icarnari ꝑcepit. Jlluc ſe dixit ire a q̄ nūq̄ꝫ receſſit. CHRY. Qđ ꝟo eo idigebāt manifeſtat ꝑ h̄ qđ dicit: Queritis me ⁊ nō iuenietis. Sꝫ vbi q̄ſierūt eū iudei? Dic̄ lucas q̄m plāgebant mulieres ſup eū. ꝓbabile āt ē ⁊ multos alios h̄ paſſos eē ⁊ ꝑcipue dū ciuitas capet̄ eos meminiſſe xp̄i ⁊ miraculoꝝ ei⁹: ⁊ pñtiā ei⁹ q̄rere. AVG. Vel hic iā reſurrectionē ſuā ꝑdixit: q̄ꝛ q̄ſituri illū erant poſt reſurrectionem compuncti.

Noluerunt.n.eum agnoſcere pſentē: ⁊ po/
ſtea q̄ſierunt cū viderēt i eū multitudinē cre/
dentē. vnde multi cōpūcti dixerūt: Quid fa/
ciemus? viderūt.n.xp̄m ſuo ſcelere morientē:
⁊ crediderunt in xp̄m ſuis ſceleribus igno/
ſcentē: ⁊ quouſq; biberent ſanguinē quē fu
derūt: de ſua ſalute deſperauerūt. CHRY.
Deinde ne quis eum per mortem communi
modo abire eſtimet: ſubiūgit: Et vbi ego ſuz
vos non poteſtis venire. Si vero in morte
maneret poſſet ad eū ire: illuc.n.omnes abi
mus. AVGV. Nō aūt dixit. Vbi ero: ſ;
Vbi ſum. Sic enim ibi erat chriſtus quo fu
erat rediturus: ſic rediit: vt nos nō derelin/
queret. Erat eni chriſtus ſm viſibilē carnez
in terra: ſm inuiſibilē maieſtatē in celo ⁊ in
terra. Nō aūt dixit. Nō poteritis: ſed nō po
teſtis venire. tales eni tunc erant qui nō poſ
ſent. Nā vt ſciatis: nō hoc ad deſperationez
dictū: ⁊ diſcipulis ſuis dixit tale aliqd: Quo
ego vado vos nō poteſtis venire. Deniq;
hoc petro expoſuit dicens: Quo ego vado ñ
potes me ſequi modo: ſequeris autē poſtea.
CHRY. Hec aūt oia induxit volēs eos
attrahere. ⁊ eni modicū tempus quod relinq
bat ⁊ poſt receſſum ipſum deſiderabilē eē:
⁊ eum non poſſe decetero inueniri ſufficien/
tia erant ad ſuadendū vt ad eum accederent.
Per hoc āt ꝙ dicit: Vado ad eū q miſit me:
oſtendit nullam ſibi fieri leſionem ab inſidiſ
eoꝝ ⁊ paſſionē ſuā voluntariā ſibi eſſe. paſ/
ſi ſunt aūt aliquid ipſi iudei ad ea que dicta
ſunt: ⁊ querūt ad ſeipſos quo debeat ire: qđ
nō erat eoꝝ qui deſiderarent ab eo liberari.
Sequitur enim. Dixerunt ergo iudei ad ſe/
metipſos: quo hic iturus eſt: q: non inueniē
mus eum? Nūquid in diſperſionē gentium
iturus ⁊ ē ⁊ docturus gētes? Sic eni gētes
vocabant quaſi exprobrantes ⁊ magna in ſe/
metipſis gloriantes. qa ſcilicet gentes vbiq;
diſſeminate erat. ⁊ imperfecte adinuicē per/
mixte. Sed hoc opprobriū poſtea ipſi ſuſti/
nuerunt: q: vbiq; diſperſi ſunt. Antiquitus
aūt tota gens in vnum collecta erat: ſed cum
iudei vbiq; terrarū iaz gentibus permixti eſ
ſent: non diceret: Quo ego vado vos nō po
teſtis venire: ſi per hoc gentes intellexiſſet.
AVGV. Dixerat aūt dn̄s: Quo ego va/
do: de ſinu patris. Hoc ergo illi nullo mō in
tellexerunt: ⁊ tamen ex hac occaſione ſalutem
noſtram predixerūt ꝙ dn̄s iturus eſſet ad gē
tes: nō preſentia corporis: ſed tamen pedib⁹
ſuis. Miſit eni ad nos membra ſua ⁊ fecit
nos mēbra ſua. CHRY. Non aūt dixe/
runt ꝙ iturus eſſet ad gentes ledere eas: ſed
docere. Jam enim iram ſubmiſerant ⁊ his q̄
dicta erant crediderant. nequaq; autem niſi
credidiſſent queſiſſent ad ſeipſos: Quis eſt
hic ſermo quē dixit: queritis me ⁊ non inue/
nietis: ⁊ vbi ego ſum: vos non poteſtis
venire.

¶ In nouiſſimo autem die magno feſtiuitatis ſtabat ieſus ⁊ clamabat di cēs: Si quis ſitit veniat ad me ⁊ bibat: Qui credit in me ſicut dicit ſcriptura: flumina de ventre eius fluent aque viue. Hoc autem dixit de ſpiritu quē ac cepturi erant credentes in eum.

CHRY. Cum receſſuri eſſent domuz ce
lebrata feſtiuitate dominus dat eis viatica ad
ſalutem. vnde dicitur: In nouiſſimo autem
die ma. fe. ſta. ieſus ⁊ cla. di. Siquis ſitit ve
ni. ad me ⁊ bibat. AVGV. Tunc enim
agebatur feſtiuitas que appellatur ſcenophe
gia. i. tabernaculoꝝ cōſtructio. CHRY.
Que per ſeptem dies agebatur. prima au/
tem dies ⁊ vltima erat celeberrima ſm legē:
⁊ hoc ſignificauit euangeliſta cum dixit: In
nouiſſimo die magno feſti. Medios autem
dies magis ad voluptatem conſumebant.
Ideo ergo prima die hoc eis non dixit: ſed
neq; ſecunda: aut tertia: ne ea que dicebātur
deperirent: eis voluptati vacantibus. Cla/
mat autem propter turbe multitudinem.
THEO. Simul quidē vt audibilis fieret
atq; vt confidentiam largiretur: ⁊ quia ne/
minem formidabat. CHRY. Dicit autē:
Siquis ſitit. ac ſi diceret: Neminem neceſſi/
tate ⁊ violentia attraho: ſed ſiquis habet deſi
derium multū: hunc ego voco. AVGV.
Eſt enim ſitis interior: quia eſt homo inte/
rior: Conſtat autem plus amare hominem
interiorem q̄z exteriorem: Si ergo ſitimus:
veniamus non pedibus ſ; affectib⁹: nec im
grando: ſ; amādo. CHRY. Q: enim de
intellectuali loquitur potu: oſtendit per hoc
quod poſt inducit. Qui credit i me: ſicut di/
cit ſcriptura: flu. de ven. eius fluent aque

viue. Sʒ vbi hoc dicit ſcriptura? nuſq̄ꝫ: Quid
igitur: Qui credit in me ſicut dicit ſcriptura
hic ſubdiſtiguere oportet: vt poſtea ſubſequa
tur: flumina de ventre eius fluent aque vi/
ue: oſtendens quoniam rectam oportet habe
re cognitionem ꝛ non ita a ſignis ſicut a ſcri/
pturis credere in ipſuꝫ. Etenim ſuperius di
xit: Scrutamini ſcripturas. HIERO. in
prologo gene. Vel hoc teſtimoniū de prouer/
bijs ſumptuꝫ eſt: vbi. ſ. dicitur: Deriuentur
fontes tui foris ꝛ in plateis aquas tuas diui
de. AVGV. Venter autē interioris ho/
minis eſt conſcientia cordis eius. Bibito au
tem iſto liquore: viueſcit purgata conſciētia:
ꝛ hauriens fontem habebit. ꝛ ipſa fons erit.
Quis eſt fons: vel quis eſt fluuius qui ma/
nat de ventre interioris hominis: Beniuo/
lentia qua vult conſulere proximo. Bibunt
ergo qui credunt in domino. ſi autem putat
ꝙ bibit: ſoli ipſi debet ſufficere: nō fluit aqua
viua de ventre eius. Si autem proximo feſti
nat conſulere: ideo non ſiccatur quia manat.
GREGO. ſuper ezechielem. Cum. n. a
mente fidelium ſancte predicationis verba d
fluunt: quaſi de mente credentium aque viue
flumina decurrunt. ventris autē viſcera q̄
ſunt aliud niſi mentis interna. i. recta inten/
tio: ſanctum deſiderium: humilis ad deum:
pia ad proximum voluntas. CHRY. Di
cit autem flumina ꝛ non flumen: copioſitateꝫ
ꝛ vbertatem occulte inſinuans. Viuenteꝫ au
tem aquam dicit: agentem ſemper. Spiritus
enim gratia cum in mentem intrauerit ꝛ fir/
mata fuerit omni fonte magis manat: ꝛ neq̄ꝫ
deficit neq̄ꝫ euacuatur: neq̄ꝫ ſtat: videbit quis
vtiq̄ꝫ hoc ad ſapientiaꝫ ſtephani. ad petri lin
guam: ad pauli fluxum inſpiciens. Nihil. n.
eos detinebat: ſed ſicut flumina multo impe/
tu delati: omnia ſecum trahentes abibant.
AVGV. Ad qualem autem potum domi
nus inuitaſſet: expoſuit euangeliſta ꝛ dixit:
Hoc autem dixit de ſpiritu quem accepturi
erant credentes in eum. Quem dicit ſpirituꝫ
niſi ſpiritumſanctum? naꝫ vnuſquiſq̄ꝫ homo
habet in ſe proprium ſpiritum. ALCVI.
Spiritum autem ſanctum ante aſcenſionem
apoſtolis promiſit: poſt aſcenſionem in lin/
guis igneis dedit. Inde dicit: Queꝫ acceptu
ri erant credentes in eum. AVGV. Erat
ergo ſpiritus dei: ſed nonduꝫ in eis erat qui
crediderant in ieſum: Ita enim diſpoſuit nō
cis dare ſpiritum iſtum niſi poſt reſurrectio/
nem ſuam.

## ¶ Feria. iij. Joannis. vij. cap.

AMbulabat ieſus in gali
leam. Non enim volebat
in iudeam ambulare: quia
querebant eum iudei in/
terficere. Erat autem in
proximo dies feſtus iudeorum ſceno/
phegia. Dixerunt autem ad eum fra
tres eius. Tranſi hinc: ꝛ vade in iude
am: vt ꝛ diſcipuli tui videāt opera tua
que facis. Nemo quippe in occulto ali
quid facit: ꝛ querit ipſe i palaꝫ eſſe. Si
hec facis: manifeſta teipſum mundo.
Neq̄ꝫ enim fratres eius credebant in
eum. Dicit ergo eis ieſus. Tempus
meum nondum aduenit: tempus auteꝫ
veſtrum ſemper eſt paratum. Non po
teſt mundus odiſſe vos. Me autem
odit: quia ego teſtimonium perhibeo
de illo: quia opera eiꝰ mala ſunt. Uos
aſcendite ad diem feſtum hunc. Ego
autem non aſcendam ad diem feſtum
iſtum: quia meum tempus nonduꝫ im
pletum eſt.

AVGV. Futurum erat vt aliquis fidelis
chriſti abſconderet ſe ne a perſecutoribus in
ueniretur: ꝛ ne illi pro crimine obijceretur la
tibulum preceſſit in capite: quod in membro
confirmaretur. vnde dicitur ambu. ieſus i
gali. Non. n. vole. in iude. ambu. q2 q̄re. eū
iudei interficere. BEDA. Hec verboꝝ ꝯne
xio talis ē: vt itelligamꝰ q̄m i medio multa ge
ri ꝛ fieri potuerūt. Judea āt ꝛ Galilea regio
nes ſunt paleſtine ꝓuincie: ſꝫ iudea dicta ē a
tribu iuda: nō tm̄ ſolū illa regio quā tribꝰ iu/
da: ſꝫ ꝛ illa quā tribꝰ beniamin poſſidebat iu
dea dicta ē q2 ex tribu iuda reges oriebātur:
Galilea vo dicit: eo ꝙ lacteū pplm. i. candi
dū gignat: Galilea. n. grece: latine lac dicit.

AVGV. Si aūt hoc dn̄s dixit quaſi non
poſſet ambulare inter iudeos: ⁊ non occidi a
iudeis. Hanc. n. potentiam quando voluit
demonſtrauit: ſed infirmitati noſtre prebebat
exemplum: non ipſe perdiderat poteſtatem:
ſed noſtraꝫ ꝯſolabat̃ fragilitatē. CHRY.
Sed ⁊ illud eſt dicere q̄m que deitatis oſten/
debat: ⁊ que humanitatis ⁊. n. fugiebat perſe
cutores vt homo: ⁊ apparebat eis vt deus:
vtrunq̄ꝫ vere exiſtēs. THEOPHI. Se
ceſſit etiam nunc in galileam q̄ꝛ nondum paſ
ſionis aderat tempus: Unde vanum reputa
bat in medio inimicoꝛuꝫ manere: ⁊ magis ip
ſos ad odium incitare vnde ⁊ ꝯſiter tempus
deſcribitur cum ſubditur. Erat autem i pro/
ximo dies feſtus iudeorum ſcenophegia.
AVGV. Quid hic ſcenophegia qui ſcri/
pturas legerunt nouerunt: faciebant taberna
cula in die feſte ad ſimilitudinem tabernacu/
loꝛuꝫ in quibus habitauerunt: cum ex egypto
educti peregrinarentur i heremo: celebrabāt
ex hoc diem feſtum reminiſcentes beneficio/
rum domini: qui tamen occiſuri erant domi/
num. Appellabatur autem apud iudeos di/
es feſtus: cum tamen non eſſet vnus ſed plu
res. CHRY. Oſtendit igitur per hoc euā
geliſta: q̄m multum tempus pretermiſit. Cū
. n. dominus ſedit in monte: erat prope dies
feſtus paſce. Hic autem ſcenophegie memi/
nit ⁊ in quinq̄ꝫ intermedijs menſibus nihil
aliud nobis enarrauit: niſi miraculum panuꝫ
⁊ allocutioneꝫ factam ad eos qui comederūt.
Quia. n. indeficienter ſigna faciebat ⁊ diſpu
tabat: non poterant euāgeliſte omnia enume
rare: ſed illa precipue ſtuduerunt dicere: pro
quibus aut querela aut contradictio quedam
a iudeis ſubſequebatur: quod ⁊ hic apparet.
THEOPHI. Quia enim fratres eiꝰ vi
derant ipſum non eſſe paratum ad deſcendē
dum ſubditur: Dixerunt autem fratres eius
ad eum. Tranſi hinc: ⁊ vade in iudeam. BE
DA. Ac ſi dicāt: Tu ſigna facis: ⁊ pauci ea
videntur. tranſi ergo ad regiam vrbem: vbi
ſunt principes: vt viſis ſignis laudem conſe
quaris ab eis: Sed q̄ꝛ non oēs diſcipuli ſem
per dn̄m ſeq̄bant̃: ſꝫ coꝝ multi i iudea erāt:
ideo ſubdūt: Ut ⁊ diſci. tui vide. opa tua q̄ fa
cis. THEO. i. turbe q̄ ſequunt̃ te. non. n.
de. xij. dicūt diſcipulis: ſꝫ de alijs q ꝯuerſa/
bant̃ cū illo. CHRY. Cum auteꝫ auditis:
Fratres dn̄i marie cogitate ꝯſanguinitatem:
non iteꝝ parientis villā ꝓpaginē. Sicut. n. i
ſepulchro: vbi poſitū eſt corpus dn̄i: nec ante
nec poſtea mortuus iacuit: ſic vterus marie:
nec ante: nec poſtea q̄cq̄ꝫ mortale ꝯcepit. ope
ra q̄dē dn̄i diſcipulos nō latebant: ſꝫ iſtos la/
tebāt: ⁊ ideo dicebāt. Ut diſci. tui vide. ope.
q̄ tu facis. Loquebant̃ aūt prudentiaꝫ carnis
ꝟbo qđ caro factū eſt. vn̄ ⁊ ſubdunt. Nemo
q̄ppe in occulto aliquid facit: ⁊ querit ipſe in
palam eſſe. Si hoc facis: manifeſta teipſum
mundo. q. d. Facis miracula: appare homi/
nibus: vt laudari poſſis ab hoībus: nā q cuꝫ
videnẗ mouere glorie ipſius ꝯſulunt: ⁊ quia
humanā gloriā requirebant: in eum non crede
bant: vnde ſequit̃. Neq̄ꝫ. n. fra. eius cre. in
eum. Chriſtū. n. ꝯſanguineū potuerūt hēre:
credere aūt i eū ipſa ꝓpinquitate faſtidierūt.
CHRY. Dignū eſt aūt mirari euangeli/
ſtarum morem veritatis amicuꝫ: qualiter nō
verecundantur dicere ea que magiſtro viden
tur ferre iniuriā: ſꝫ hoc maxie ſtuduerūt enū
ciare. Nō. n. paruā hꝫ detractionē q̄ fratres
eius decredebāt ⁊ vr̃ q̄dē initiū ꝟboꝝ quaſi
amicoꝝ eſſe. Multe aūt amaritudinis erāt q̄
dicebant̃: q̄ꝛ de formidine ⁊ de amore glorie
eū notāt. nā dicūt. Nemo i occulto aliq̄d fac.
Quod erat dicere. Formidinē incuſantiuꝫ ⁊
ſimul ſuſpicātiū q̄ fiebāt non vere facta eſſe.
Per hoc aūt q̄ dicūt. Et q̄rit ipſe in palam
eſſe: amorē glorie in eo notāt. Chriſtus autē
māſuete eis rn̄dit: docens nos non indigne
ferre: ſi aliq̄ ēt viles nobis ꝯſilient̃: Seq̄t̃. n.
Dicit eis ieſus. Tp̄s meū nōdū aduenit: tp̄s
aūt ve. ſem. eſt paratū. BEDA. Ne aūt vi
deat̃ hoc ꝯ̄riuꝫ ei qđ apl̄s dicit. At vbi venit
plenitudo tp̄is: miſit deꝰ filiū ſuū: referēdū ē
qđ hic dr̄: nō ad tp̄s natiuitatis: ſꝫ ad tp̄s glo
rificatōis. AVGV. Dabāt. n. illi ꝯſilium
ꝯſequende glorie: veluti ſeculariter ⁊ terreno
affectu monētes ne eēt ignobilis: ⁊ latitaret.
Sed dn̄s voluit ipſam celſitudinē ꝑ humili/
tatis viā ſternere. Dicit ergo. Tp̄s meum. i.
glorie mee: qua veniā in altitudine iudicatu/
rus. Nondū venit. Tp̄s aūt ve. i. mūdi glo/
ria ſemꝑ eſt paratū. Et q̄m nos dn̄i corpꝰ ſu/
mus: q̄n nobis inſultāt amatores huius ſecu
li: dicamꝰ eis. Tp̄s veſtrū adeſt paratū. tēpꝰ
noſtrū nōdū aduenit. excelſa. n. patria: humi
lis via. Qui recuſat viaꝫ: q̄d querit patriaꝫ?

CHRY. Vel aliter. Videt mihi aliud oc
culte iſinuari. fortaſſis. n. eū ꝑdere volebant
ꝛ tradere iudeis. ideo dicit: Tps meū nōduꝫ
aduenit: hoc eſt tps crucis ꝛ mortis. Tps āt
veſtrū ſemꝑ eſt paratū: qꝛ ꝛ ſi vos ſemꝑ ſitis
cū iudeis: nō interficiēt vos eadē cū illis ʒelā
tes. vñ ſequit. Non pōt vos odiſſe mūdus:
me autē odit qꝛ ego teſti. ꝑhi. de illo qꝛ opera
eius mala ſunt. q. d. qualiter mūdus eos odit
q eadem cum ipſo volunt ꝛ pro eiſdē ſtudēt:
me aūt odit: qm̄ redarguo eum. Intantum er
go gloriam hominum non quero ꝙ non pre
termitto eos redarguere: licet ſcientia ex hoc
odium naſci: ꝛ morteꝫ nitentari. Per hoc ēt
oſtendit ꝙ odium iudeorum contra eum con
citabat publica redargutio: non autem ſabba
ti ſolutio. THEOPHI. Vel dominus
contra duo de quibus illi euꝫ arguebant: alia
duo inducit. Contra formidunem qdeꝫ dicit.
ꝙ opera mundi redarguit. i. opera eoruꝫ qui
mundana ſapiunt: quod non faceret ſi formi
doloſus eſſet: ſꝫ ꝯtra inanē gloriā miſit illos
ad feſtū. vnde ſequit. Vos aſcendite ad dieꝫ
feſtū hunc. nā ſi vane glorie paſſione detine
ret: retinuiſſet eos ſecū. nam glorie cupidi cō
ſueuerunt multos habere q ſequantur eos.
CHRY. Hoc ēt dicit oſtendēs ꝙ eis blā
diri non vult ſed concedit eis iudaica facere.
AVGV. Vel aliter. Vos aſcēdite ad di
em feſtum hunc. vbi gloriam humanam que
ritis: vbi extendere vultis carnalia gaudia: ñ
eterna cogitare. ſequitur ego autem non aſcē
dam ad diem feſtum iſtum. CHRY. Sci
licet modo vobiſcum: quia meum temp⁹ nō
duꝫ impletum eſt. In futuro enim paſca cru
cifigendus erat. AVGV. Vel meum tē
pus ideſt glorie mee nondū aduenit: ipſe erit
dies feſtus meus nō diebus iſtis precurrēs
ꝛ tranſiens: ſed permanens in eternum. Ip
ſa erit feſtiuitas ꝛ gaudium ſine fine: eterni
tas ſine labore: ſerenitas ſine nube.

¶ Hec cum dixiſſet: ipſe manſit i ga
lilea. Ut auteꝫ aſcenderunt fratres ei⁹
tunc ꝛ ipſe aſcendit ad diem feſtum nō
manifeſte: ſed quaſi in occulto. Iudei
ergo querebant eum in die feſto: ꝛ dice
bant. Ubi eſt ille? Et murmur mul
tus erat in turba de eo. Quidam eniꝫ
dicebant quia bonus eſt: alij autem di
cebant non: ſed ſeducit turbas. Nemo
tamen palam loquebatur de illo pro
pter metum iudeorum.

THEOPHI. Quia dixerat dominus.
Non aſcendam vobiſcuꝫ. in principio dene
gauit aſcenſum: vitans iram frementum iu
deorum: vnde dicitur. Hec cum dixiſſet: ip
ſe manſit in galilea poſtea ve. aſcen. vnde ſe
quitur. Ut autem aſcen. fratres eius: tunc ꝛ
ipſe aſcendit. AVGV. Aſcendit autē nō
gloriari temporaliter. ſed aliquid docere ſalu
briter: ꝺ feſto eterno admonere. CHRY.
Vel aſcendit: non vt patiat: ſꝫ vt alios erudi
at. Latenter aūt aſcēdit. poterat. n. manifeſte
aſcēdere: ꝛ detinere eoꝝ īordinatū īpetuꝫ: qꝺ
multotiēs fecit. ſꝫ nolebat h̄ continuo facere:
ne magis ſuā diuinitatē denudaret: ꝛ vt īcar
natio ei⁹ certioꝛ eēt: ꝛ vt nos erudiret ad ꝟtu
tē. Ut igit̄ diſcerem⁹ qd nos oporteat facer̄:
q nō poſſum⁹ ꝑſecutores detinere: voluit la
tenter aſcēdere. Nō āt dixit ī occulto: vt oſtē
dat diſpēſatiue hoc eſſe fcm̄. Si. n. oīa vt de
us ageret: quō poſſem⁹ nos ſcire īcidētes hu
manis ꝑicul̄ qd oporteat facer̄? ALCVI.
Vel occulte aſcēdit: qꝛ fauorē hoīum nō que
rit: nō pōpis ſtipantiū ſed turbaꝝ delectatur.
BEDA. Myſtice aūt deſignat qꝛ ſingulis
qbuſqꝫ carnalib⁹ humanā gliaꝫ q̄rētib⁹ dñs
manet ī galilea: q̄ īterꝑtat̄ trāſmigratio ſcā. i.
ī mēbris ſuis: q trāſmigrāt de vitijs ad ꝟtu
tes: ꝛ ī eis ꝑficiūt Poſtmodū ꝟo dñs aſcē
dit: qꝛ mēbra xpi nō hui⁹ vite: ſꝫ eterne gloriā
q̄rūt. Occulte aūt dñs aſcēdit: qꝛ oīs glia ei⁹
ē ab itus. i. de corde puro ꝛ conſcia bona ꝛ fi
de ñ ficta. AVGV. Vel ꝙ q̄ſi latēter aſcē
dit: aliqd ſignificare voluit. Oia. n. q̄ dcā ſūt
antiquo ppl̄o iſrl̄: vmbꝛe fuerunt futuroꝝ: ꝛ
ſcenophegia vmbꝛa erat futurorum. Om
nia ergo que fiebant in figura: manifeſtātur
in nobis. Aſcēdit ergo in occulto: figura. n.
erat ipſum eſſe in occulto. In ipſo die feſto
chriſtus latebat: quia ipſe dies feſtus chriſti
membꝛa peregrinatura ſignificabat. Ille. n.
eſt in tabernaculis qui ſe in mundo eſſe intel
ligit peregrinum. Scenophegia autem erat
celebratio tabernaculorum. Sequitur: Iudei
autem querebant eum in die feſto. ꝛ dicebāt:
Ubi ē ille? CHRYSO. Ex multo odio

ꝛ inimicitia: neqꝫ enim nominatiꝫ vocare vo-
lebant. Non autem multa erat eis in festiui-
tate reuerentia: nec multa religio: quia a fe-
stiuitate credebant christum fraudulenter de-
tinere. Sequitur. Et mur. mul. erat de eo in
turba. AVGV. Murmur erat de conten-
tione quam conuenienter exponit: dicens:
Quidam enim dice. ꝙ bonus est. alij autem
dice. non sed seducit turbas. Quicunqꝫ enī
cuerit in aliqua gratia. alij dicunt bonus est:
alij non sed seducit turbas. Quod autem di-
ctum est de deo valet ad consolationem de q̄
cunqꝫ hoc dictum fuerit christiano. Et quidē
si seducere decipere est: nec christus seductor
nec quisqꝫ debet seductor esse christianus. Si
autem seducere aliunde aliquem ad aliud p-
suadendo ducere est: querendum est vnde ꝛ
quo. Si a bono ad malum malus seductor ē
si a malo ad bonum: bonus est. ꝛ vtinam sic
omnes seductores vocemur ꝛ simus.
CHRY. Igitur illam quidem estimo opi-
nionem multitudinis esse: qua scilicet dice-
batur bonus esse: hanc vero principum ꝛ sa-
cerdotum: quod ostenditur per hoc ꝙ dicūt:
Seducit turbas. non dicunt: Seducit nos.
Sequitur: Nemo tamen palam loquebatur
de illo: propter me. iu. AVGV. Eorum
scilicet qui dicebant bonus est: non qui dice-
bant: seducit turbas. Hec enim clarius sona-
bant. Sed bonus est pressius susurrabant.
CHRY. Vide autem eorum qui princi-
pantur corruptionem. hi autem qui principa-
tibus subijciuntur: sani quidem erant iudi-
cio: sed non habebant libertatem dicēdi: qd
maxime multitudinis est.

## ¶ Feria. iiij. Joannis. x. ca.

Facta sunt encenia in hie-
rosolymis ꝛ hyems erat.
Et ambulabat iesus in tē-
plo in porticu salomonis.
Circūdederunt ergo euꝫ
iudei: ꝛ dicebant ei: Quousqꝫ animaꝫ
nostram tollis? Si tu es christus dic
nobis palam. Respondit eis iesus:
Loquor vobis: ꝛ non creditis. Ope-
ra que ego facio in nomine patris mei:
hec testimonium perhibent de me. Sꝫ
vos non creditis: quia non estis ex oui-
bus meis. Oues mee vocem meam au-
diunt: ꝛ ego cognosco eas: ꝛ sequuntur
me: ꝛ ego vitam eternam do eis ꝛ non
peribunt in eternum: ꝛ non rapiet eas
quisquam de manu mea. Pater meꝰ
quod dedit mihi maius omnibus est:
ꝛ nemo potest rapere de manu patris
mei. Ego ꝛ pater vnum sumus.
ALCVI. Audiuimus patientiam dei
ꝛ inter opprobria predicationē salutis: sꝫ ipsi
obdurati magis eum tentare q̄ ipsi obedire
volebant. vnde dicitur: Fa. sunt ence. i hie-
rosolymis. AVGV. Encenia festiuitas
erat dedicationis tēpli. Grece enim cenon
dicitur nouum. quandocūqꝫ nouū aliquid fu-
erit dedicatuꝫ encenia vocatur. CHRY.
Dicit enim diem sm̄ quā templum dedicatū
est: redeuntibus eis a captiuitate babylonis.
THEO. Splendide ergo prosequeban-
tur solēnitatem veluti proprium decorem re-
cuperante ciuitate post tam longam captiui-
tatem. ALCVI. Vel hec dedicatio in me-
moriam illius erat dedicationis quam iudas
machabeus fecit. Prima enim dedicatio a
salomone facta est tempore autumni. Secun-
da a zorobabel ꝛ iesu sacerdote tempore ve-
ris: hec autem tempore hyemali. vnde seq-
tur: Et hyems erat. BEDA. Sub iuda. n.
machabeo statutum legitur vt eadem dedica-
tio per omnes annos in memoriam solem-
nibus renouaretur officijs. THEO. Tē-
pus aūt hyemis euangelista exprimit: ad ostē-
dendum ꝙ primū esset tempus passionis.
nam in vere sequenti passus est dn̄s ꝛ iō hie-
rosolymis conuersabatur. GREGO. ij.
mo. Vel iccirco hyemis curauit tēpus expri-
mere: vt inesse iudeorum cordibus malicie
frigus indicaret. CHRY. In hac autem
solemnitate christus cū multo studio aderat
de reliquo enim iudeam frequentabat: q̄
passio erat in ianuis. vnde sequitur: Et am-
bu. ie. in tē. in port. salomōis. ALCVI.
Porticus salomonis dicitur: vbi rex ille ad-
orandum stare consueuerat: ꝛ ideo ex eius

nomine cognominabatur: Solent autẽ por
ticus quibus templum cingebatur ex nomi/
ne templi vocari. Si autem filius dei i tem/
plo i quo caro brutoꝝ aialiũ offerebatur ãbu
lare voluit: q̃tomagis noſtrã oratóis domũ
in qua caro ⁊ ſanguis eius conſecrat̃ viſitare
gaudebit. THEO. Satagas tu quoq̃ dũ
hyems iminet ideſt vita preſens turbinibuſ
iniquitatis concuſſa ſpirituales encenias tui
templi celebrare: ſemper renouando teipſuꝫ
⁊ aſcenſiones in corde tuo diſponens: tunc
ieſus erit preſto tibi in porticu ſalomonis:
pacificum ſtatum tibi tribuens ſub tegmine
proprio in ſeculo autem futuro nemo reno/
uationis ſolemnia perficere poterit. AV/
GV. Quia ergo iudei friguerant a diligẽ/
di charitate ⁊ ardebãt nocẽdi cupiditate: ñ ac
cedebãt ꝓſequẽdo: ſꝫ ꝑmebãt ꝑſequẽdo. vñ
ſeq̃t: circũ. er. eũ iu. ⁊ dixe. ei: Quouſq̃ ani.
no. tollis? Si tu es chri. dic no. palã. ñ verita
tem deſiderabant: ſed calumniam prepara/
bant. CHRY. Opera enim eius in nul/
lo incuſare valentes: captionem quãdam ex
verbis cupiebant inuenire. Et intuere per/
uerſitatem illorum. nam cum per ſermoneꝫ
erudit dicunt ei: Quod ſignum oſtẽdis. Cũ
aũt per opera demonſtrat dicunt ei: Si tu es
chriſtus dic nobis palam. quaſi ſemper ad
contrarium ſtantes. ſed ⁊ plenum odio erat
quod dicunt. Dic nobis palam. Et nimiruꝫ
ipſe palam omnia dicebat in feſtiuitatibꝰ ſem
per aſſiſtens: ⁊ nihil occulte loquebatur: ſed
⁊ adulationis verba premittunt dicentes.
Quouſq̃ animam noſtram tollis? vt ſcilicet
eum prouocantes aliquam captionem inue/
niant. ALCVI. Cauſantur eni q̃ ani/
mos eorum incertos ⁊ ſuſpenſos dimitten/
do tolleret qui venerat vt animas ſaluaret.
AVGV. Querebant autem audire a do
mino Ego ſum chriſtus. ⁊ fortaſſe de chri/
ſto ſecũduꝫ hominem ſapiebant: ſed diuini/
tatem chriſti in prophetis non intelligebant.
⁊ ſic ſi diceret: Ego ſum chriſtus: ſm̃ q̃ illi
ſapiebant de ſemine dauid: calumniarentur
q̃ ſibi arrogaret regiam poteſtatem. AL/
CVI. Et ſic cogitabant eum tradere pote/
ſtati preſidis ad puniendũ: quaſi contra au/
guſtum imperium vſurparet: quare dominꝰ
ita tẽpauit reſponſionem vt etiam calumnia/
torum ora concluderet: ⁊ q̃ chriſtus eſt fide/
libus panderet. ⁊ de homine querentibus di
uinitatis myſteria narrat. vnde ſequitur: re/
ſpondit eis ie. Lo. vo. ⁊ nõ credi. ope. q̃ ego
fa. in no. pa. mei: hec teſti. ꝑhi. de me.
CHRY. Quia enim ſimulabant a ſolo v̄
bo ſe ſuaderi qui a tot operibus non ſunt ſua
ſi: arguit maliciam eoꝝ. q. d. Si operibꝰ nõ
creditis: qualiter verbis credetis? ⁊ quare nõ
credãt oſtendit ſubdens. Sed vos non credi
tis q̃ nõ eſtis ex ouibus meis. AVGV.
Hoc autem dixit: q̃ videbat eos ad ſempi/
terni interitum predeſtinatos: non ad vitam
eternam ſui ſanguinis precio comparatos:
oues enim ſunt credendo. paſtoreꝫ ſequẽdo.
THEO. Poſtq̃ vero dixerat: Nõ eſtis
ex ouibus meis. Conſequenter induxit eos
vt oues eius efficiantur dicens: Oues mee
vo. me. audiunt. ALCVI. i. preceptis
meis ex animo obediunt. Et ego cognoſco
eas. i. eligo. Et ſequuntur me. ꝑ manſuetu/
dinis ⁊ innocentie viam incedendo: ⁊ poſt
ad gaudia eterne vite intrando. vnde ſequit̃
Et ego vitam eternam do eis. AVGV.
Iſta ſunt paſcua de quibus ſupra dixerat: Et
paſcua inueniet. bona paſcua vita eterna di/
citur. ibi nulla herba areſcit: totũ viret. Vos
autem calumniã propterea queritis: q̃ de vi
ta preſenti cogitatis. Sequitur: Et non pi. in
eternum. Subaudi tãq̃ eis dixerit. Vos ꝑ/
ibitis in eternum: q̃ non eſtis ex ouibꝰ me
is. THEO. Sed quomodo videmus iu/
dam periſſe. q̃ non permanſit vſq̃ ad fineꝫ.
Chriſtus autem de perſeuerantibus hoc di
xit. Nam ſiquis ſeparatur ab ouium grege
deſinens ſequi paſtorem: confeſtim incurrit
periculum. AVGV. Quare autem non
pereant ſubdit: Et non rapiet eas quiſq̃ de
manu mea. De illis enim ouibus de quibꝰ
dicitur: Nouit dominus qui ſunt eius: nec
lupus rapit: nec fur tollit: nec latro interfi/
cit. Securus ẽ de numero illoꝝ q pro eis no
uit quid dedit. HYLA. vij. de tri. Con/
ſcie poteſtatis hec vox ẽ: at vero vt in natu/
ra licet dei: tamẽ ex deo intelligenda eſt eius
natiuitas. ſubiecit: Pater meus quod dedit
mihi: maiꝰ oibꝰ ẽ. Nõ occultat ex patre eſſe
ſe natum. quod enim a patre accepit: accepit
naſcẽdo: nõ poſtea. AVGV. Nõ. n. cre/
ſcendo. ſed naſcendo equalis ẽ: q ſemꝑ natꝰ
eſt de patre filius: de deo deus. Hoc ẽ ergo

qđ dedit mihi pater: quod maius oībus eſt: vt. ſ. ſim verbū eius: vt ſim vnigenitus fili⁹ eius: vt ſim ſplendor lucis eius. Ideo ergo nemo rapit oues meas de manu mea: q: nec de manu patris mei. vnde ſequitur. Et nemo poteſt rapere đ manu patris mei. Si manū intelligam⁹ poteſtatē vna eſt patris ⁊ filij poteſtas: q: vna diuinitas. Si autem manū intelligam⁹ filium: manus patris eſt ipſe filius: quod non ita dictum eſt tanq̄ deus pater habeat corporis mēbra: ſed q̄ per ipſum facta ſunt oīa. Nam ſolent ⁊ homīes dicere manus ſuas eſſe alios homines per quos faciunt quod volūt. Aliquādo ⁊ ipſum op⁹ hominis manus hominis dicitur: quod fit per manum: ſicut dicitur quiſq; agnoſcere manū ſuā: cum id quod ſcriptū ſit agnoſcit. hoc autē loco manū patris ⁊ filij intelligim⁹ poteſtatem: ne forte cum hic manū patris ipſum filium dictum acceperimus: incipiat carnalis cogitatio etiam filij querere filiū. HYLA. vij. de tri. Vt enim per corporalē ſignificationem: virtutē poſſis euſdē noſſe nature: cōmemorata eſt filij manus: manus patris: q: natura ⁊ ꝟtus patris eēt ī filio. CHRY. Deinde vt non eſtimes q: ipſe quidē ībecillis eſt. propter patris aūt virtutē in tuto ſunt oues: ſubdit: Ego ⁊ pater vnum ſumus. AVGV. Vtrūq; audi: ⁊ vnū: ⁊ ſum⁹: ⁊ a carybdi ⁊ a ſcylla liberaberis. Quod dixit vnū liberat te ab arrio: q̄ dixit ſumus: liberat te a ſabellio. Si vnum: nō ergo diuerſū: ſi ſumus ergo pater ⁊ filius. AVGV. vij. de trini. Vnū enī ſumus, dictū eſt: q̄đ ille: hoc ⁊ ego ſm̄ eſſentiam: nō ſm̄ relatiuū. HYLA. vij. de trini. Hec igitur q: heretici negare non poſſunt: impietatis ſue mendatio neganda corrumpūt. tentant enī id ad vnanimitatis referre cōſenſum: vt voluntatis in his vnitas ſit: nō nature idest vt non ꝑ id quod ſunt: ſed per id quod idem volunt vnum ſint: ſed per nature natiuitatē dū nihil deus in eo ex ſe gignendo eū degenerat vnū ſūt. Dū q; de manu eius nō rapiūtur: nō rapiuntur de manu patris: dū in operante ſe operatur pater: dū ipſe in patre: ⁊ ī eo pater eſt. hoc non preſtat creatura: ſed natiuitas: ñ efficit voluntas: ſed poteſtas. nō loquit̄ vnanimitas: ſed natura. Non negamus igitur vnanimitatē inter patrem ⁊ filiū. nā hoc ſolent heretici mentiri: vt cum ſolā cōcordiā ad vnitatē nō reſpicimus: diſcordes eos a nobis affirmari loquantur: ſed audiant q̄ a nobis vnanimitas non negetur. Vnū ſunt pater ⁊ filius natura: honore ⁊ virtute: nec natura eadem poteſt velle diuerſa.

¶ Suſtulerunt lapides iudei vt lapidarent eum. Reſpondit eis ieſus: Multa bona opera oſtendi vobis ex patre meo. Propter quod eorū op⁹ me lapidatis? Reſponderūt ei iudei: De bono opere non lapidamus te: ſed de blaſphemia. ⁊ quia tu homo cū ſis: facis teipſum deum. Reſpondit eis ieſus: Nonne ſcriptum eſt in lege veſtra: quia ego dixi dij eſtis? Si illos dixit deos ad quos ſermo dei factus eſt: ⁊ non poteſt ſolui ſcriptura: quē pater ſanctificauit: ⁊ miſit in mundum. vos dicitis quia blaſphemas quia dixi filius dei ſum? Si non facio opera patris mei: nolite credere mihi. Si autē facio: ⁊ ſi mihi non vultis credere: operibus credite: vt cognoſcatis ⁊ credatis: quia pater in me eſt: ⁊ ego in patre.

AVGV. Audierunt iudei: Ego ⁊ pater vnum ſumus: ⁊ non pertulerūt ⁊ more ſuo duri ad lapides cucurrerunt. vnde dicit̄: Suſtulerunt lapi. iu. vt lapi. eum. HYLA. vij. de tri. Nunc hereticorum furor iā dn̄o in celis ſedente pari inſidelitate dictis nō obedientes: odium impietatis exercent: verbor̄ lapides inijciunt: ⁊ ſi poſſent de throno eū ſuo in cruce detraherent. THEOPHI. Dn̄s autem oſtendens q̄ nullam iuſtam habebant occaſionem furendi aduerſus eum: cōmemorat ſigna que fecerat. nam ſequitur: Reſpon. eis Je. Mul. bo. opera oſ. vo. ex patre. meo. ALCVI. ſcilicet in ſanitatib⁹ infirmorum: in exhibitione doctrine ⁊ miraculor̄: que ex patre oſtēdi. q: ei⁹ gloriā ꝑ oīa q̄ſiui: ꝑꝑ qđ eorū opus me lapidatis: quāuis

inuiti cōfitētur multa beneficia ſibi ipenſa a chriſto: ſed quod de ſua patriſq; equalitate dixerat: pro blaſphemia ꝺputabant. vñ ſeqtur: Rñ. ei iu. De bo. ope. non lapi. te: ſed de blaſ. ⁊ q2 tu ho. cū ſis: fa. teipſum deū. AVGV. Ad hoc reſponderūt qḋ dixerat: Ego ⁊ pater vnū ſumus. Ecce iudei intellexerūt quod arriani non intelligunt. ideo enim ira ti ſunt: quonā ſenſerūt nō poſſe dici: Ego ⁊ pater vnum ſumus. niſi vbi equalitas ē pa tris ⁊ filij. HYLA. vij. de tri. Judeus dicit. Cū ſis ho. Arrianus: Cuꝫ ſis creatura. vterq; dicūt: Facis te deū Subijcit eni arrianus: Subſtātie noue ⁊ aliene deū. vt autem alterius generis deus ſit: aut omnino nec deus. dicit enim: Non eſt filius ex natiuitate: non eſt deus ex veritate: creatura eſt preſtantior cunctis. CHRY. Dñs autem nō deſtruxit opinionē iudeoꝝ eſtimantiū ꝙ ſe deo parē diceret. ſed magis contrarium facit. nā ſequitur: Rñ. eis ic. Nōne ſcrip. ē i lege veſtra? AVGV. i. vobis data: Q2 ğ dixi dij eſtis. Deus hoc dicit per ꝓphetā i pſalmo hoībus. Et legem appellauit domin⁹ generaliter oēs illas ſcripturas. q̄uis alicubi ſpāliter dicat legē: a ꝓphetis eā diſtinguēs ſicut eſt. Jn his duobus preceptis tota lex pēdet ⁊ ꝓphete. Aliquando aūt in tria diſtribuit eaſdem ſcripturas vbi ait. O portebat īpleri omnia que ſcripta ſunt in lege ⁊ ꝓphetis ⁊ pſalmis de me: Nūc vo etiaꝫ pſalmos legis noīe nūcupauit: ex quib⁹ ſic argumētatur: Si illos dixit deos: ad quos ſer. dei fa. ē: ⁊ nō po. ſol. ſcri. quē pa. ſancti. ⁊ mi. i mūdū: vos dici. q2 blaſphemas: q2 dixi fili⁹ dei ſum. HYLA. vij. de tri. Demonſtratur⁹ quidem ꝙ ipſe ⁊ pater vnum eſſent in eo primo ineptia ridiculi opprobrij cōfutatur: ꝙ i reatum vocaretur. ꝙ ſe cum homo eſſet deuꝫ faceret. Cum enim lex huius noīs appellationē ſanctis hoībus decerneret: ⁊ ſermo dei indiſſolubilis cōfirmaret hanc ipartiti noīs profeſſionē. Jam ergo non eſt criminis ꝙ ſe deū: cū hō ſit faciat: cū eos qui hoīes ſunt deos lex dixerit. Et ſi a ceteris hoīb⁹ nō irreligioſa huius noīs vſurpatio eſt: ab eo hoīe: quē ſanctificauit pater non impudēter vſurpari videtur: quia dei filium ſe dixerit cū precellat ceteros per id quod ſanctificatus in filium ē: beato paulo dicēte: ꝙ predeſtinatus ē fili⁹ dei in virtute ſm ſpūm ſctificatōis. ols enim hec de hoīe reſpōſio ē: ꝙ dei fili⁹ ēt hominis filius ē. AVGV. Vel aliter. Sanctificauit. i. vt ſanct⁹ eēt gignēdo ei dedit: q2 ſctū eū genuit. Si āt ſmo dī fact⁹ ē ad hoīes vt dicerēt dij: ipſū vbū dī quō ñ ē de⁹? Si ꝑ ſmonē dei hoīes pticipādo ſiūt dij: vbū vñ pticipāt non eſt de⁹? THEO. Vel ſctificauit eū. h̄ ē ſanxit ſacrificari ꝓ mūdo. Jn q̄ oſtēdit ſe nō eſſe deū ſicut ceteri: nam ſaluꝫ facere mundū diuinū opus eſt: non aūt hoīs deificati per gratiā. CHRY. Vel iteri q̄dē vt ſuſciperetur ſermo humilius locut⁹ ē: poſtea aūt ad maius eos reduxit dicens: Si non facio opera patriſ mei: nolite credere michi. per hoc oſtendens ꝙ in nullo minor ē patre. q2 enī ſubſtantiam eius impoſſibile erat eis videre ab opeꝝ parilitate ⁊ idētitate demonſtrationē eius que ſm virtutem indiſſimilitudinis eſt tribuit. HYLA. vij. ꝺ tri. Quid h̄ adoptio: quid indulgentia noīs loci inuenit ne ex natura dei filius ſit: cum dei filius ex nature paterne operibus credend⁹ ſit nō exequatur ac ſimilis eſt deo creatura. Neq; enim nature aliene poteſtas comparatur: gerere autem ſe non ſua: ſed que patris ſunt teſtatur ne per magnificentiam geſtorum nature natiuitas auferatur. Et q2 ſub ſacramēto aſſumpti corporis ⁊ nati ex maria: hoīs ⁊ dei filius nō intelligebatur: fides nobis intimatur ex geſtis cum ait: Si aūt facio ⁊ ſi mihi non vultis credere operibus credite. Cuꝫ enim ſacramētū nati hominis intelligentiam diuine natiuitatis impediat cum diuina natiuitas omne opus ſuū ſub miniſterio aſſumpti hominis exequitur. Faciens igitur opera patris demonſtrare debuit: quid eſſet operibus credendum. Naꝫ ſeqtur: Vt cognoſcere. q2 pa. in me eſt ⁊ ego i pa. Hoc ē illō. Dei fil⁹ ſū. h̄ ē illud: Ego ⁊ pr̄ vnū ſum⁹. AVGV. Non enim filius ſic dicit: Jn me eſt pater: ⁊ ego in illo: quomodo poſſunt dicere homines. Si enim bene cogitemus: ⁊ bene viuamus in deo ſumus: ⁊ deus in nobis eſt: quaſi participantes eius gratiam ⁊ illuminati ab ipſo. Vnigenitus autem dei filius in patre eſt: ⁊ pater in illo: tanquam equalis.

¶ Feria. v. Luce. vij. cap.

R Ogabat ieſum quidā pha
riſeus vt manducaret cū
illo. Et ingreſſus domū
phariſei diſcubuit. Et ec/
ce mulier que erat in ciui/
tate peccatrix vt cognouit ꝙ ieſus accu
buit in domo phariſei attulit alabaſtrū
vnguenti: ⁊ ſtans retro ſecus pedes eiꝰ
lachrymis cepit rigare pedes eius: ⁊ ca
pillis capitis ſui tergebat ⁊ oſculabatur
pedes eius ⁊ vnguento vngebat. Ui
dens autē phariſeus qui vocauerat eū:
ait intra ſe dicens: Hic ſi eſſet prophe
ta ſciret vtiꝗ que ⁊ qualis ē mulier que
tangit eū quia peccatrix eſt. Et reſpō
dens ieſus dixit ad illum: Symon ha
beo tibi aliqd dicere. At ille ait: Ma
giſter dic. Duo debitores erant cuidā
feneratori: vnus debebat denarios quī
gentos: ⁊ alius quinquaginta. Nō ha
bētibus illis vnde redderent. donauit
vtriſꝗ. Quis ergo eum plus diligit?
Reſpondens ſimon dixit: Eſtimo ꝙ
is cui plus dōauit. At ille dixit ei. Re
cte iudicaſti. Et conuerſus ad mulierē
dixit ſimoni. Uides hanc mulierem.
Intraui in domum tuam. aquā pedi
bus meis non dediſti. Hec autem la
chrymis rigauit pedes meos: ⁊ capillis
ſuis terſit. Oſculum mihi non dediſti:
hec autē ex quo intrauit: non ceſſauit
oſculari pedes meos. Oleo caput meū
non vnxiſti: hec autē vnguento vnxit
pedes meos: Propter quod dico tibi
Remittuntur ei peccata multa: quoni
am dilexit multum. Cui autem minꝰ
dimittitur: minus diligit. Dixit autē
ad illā: Remittūtur tibi peccata. Et
ceperunt qui ſimul accumbebāt dicere
intra ſe: Quis eſt hic qui etiam peccata
dimittit? Dixit autem ad mulierem.

Fides tua te ſaluā fecit. Uade i pācē.
BEDA. Quia ſupius dcm̄ fuerat. Et oīs
populus audien. ⁊ publicani iuſtificauerunt
deū baptizan baptiſmate ioānis. Idē euāge/
liſta ꝙ verbis ꝓpoſuerat ēt factis aſtruit: iuſti/
ficatā. ſ. ſapiētiā a iuſtis ⁊ penitētibus dicēs:
Rogabat aūt illum qdā phariſeus vt mādu/
caret cum illo. GREGO. niſenus. Hec
ꝯſcriptio quendā vtilē intellectū ſapit. Sunt
enim plerıꝗ eoꝝ q ſe iuſtificant inflati ſuſpi
tione vani ſenſus: ꝓuſꝗ veniat veꝝ iudiciū.
ſeparātes ſeipſos velut agnos ab hedis: nec
tecto nec eſcis cū pleriſꝗ communicare volē
tes: abominantes omnes quicunꝗ nō extre/
mum ſed medium tenent callem in vita. Lu
cas ergo plus medicus animarum ꝙ̄ corpo/
rum oſtendit ipſum deum ⁊ ſaluatorem no/
ſtrum piiſſime alios viſitantem: vnde ſequi/
tur: Et ingreſſus domum phariſei diſcubu/
it. Non vt aliquid de vitiis eius ſortiatur: ſꝫ
vt īpartiatur de iuſticia ꝓpria. CYRIL.
Mulier autem inhoneſte vite promens autē
fidelem affectum: venit ad chriſtum quaſi po
tentem veniam commiſſorū largiri. Sequi/
tur. n. Et ecce mulier que erat in ciuitate pec
catrix: vt cogno. ꝙ ieſus accubuit in domo
phariſei: attulit alabaſtꝝ vnguēti. BEDA
Alabaſtrū ē genus marmoris cādidi variis
coloribus intercincti: quod ad vaſa vnguen/
taria cauari ſolet: eo ꝙ optime ſuare ea icor/
rupta dicatur. GREGO. in ho. Q2. n.
hec mulier turpitudinis ſue maculas aſperit
lauanda ad fontem miſericordie cucurrit: cō/
uiuantes non erubuit. nam quia ſemetipſā
grauiter erubeſcebat intus nihil eſſe credidit
quod verecundaretur foris. Diſcite quo do/
lore ardet: que flere ⁊ inter epulas non eru/
beſcit. GREGO. niſenus: Indignitatē
autem ſuam oſtendens ſtabat poſt tergum d
iectis luminibus ⁊ effuſa coma pedes ample
ctens: lachrymiſꝗ eos perfundēs: rebus tri
ſtem animum oſtendebat veniam implorās.
Sequitur. n. Et ſtans retro ſecus pedes eiꝰ
lachrymis cepit rigare pedes eius. GRE/
GO. In ho. Oculis. n. terrena cupierat: ſꝫ
hos iam per penitentiā conterens flebat. Ca
pillos ad compoſitionem vultus exhibuerat:
ſed iam capillis lachrymas tergebat. vnde ſe
quitur: Et capillis capitis ſui tergebat. ore ſu
perba dixerat: ſed pedes domini oſculans h

in redemptoꝛis ſui veſtigia figebat. vnde
ſequitur. Et oſculabatur pedes eiꝰ. Vnguē
tē ſibi pro odoꝛe ſue carnis exibuit. Q̄ð ergo
ſibi turpiter exhibuerat: hoc iā deo laudabili
ter offerebat. vnde ſequitur: Et vnguēto vn
gebat. Quot ergo in ſe habuit oblectamēta:
tot de ſe inuenit holocauſta. Conuertit ad v̄
tutum numerum: numerum criminum: vt
totum deo ſeruiret in patientia: q̄cq̄d ex ſe de
um ꝯtempſerat in culpa. Sic igitur meretrix
effecta eſt honeſtioꝛ virginibus. Poſtq̄z. n.
accenſa eſt penitentia: exarſit ī chꝛiſti amoꝛē:
⁊ hoc quidem que dicta ſunt agebantur exte/
rius. que vero reuoluebat eius intentio mul
to feruentioꝛa his erant que ſolus deꝰ īſpicie
bat. GREGO. in ho. Hec āt phariſeus
intuens deſpicit: ⁊ non ſolum venientē pec
catricem mulierem ſed ēt ſuſcipientem dn̄m
repꝛehendit. videns autem phariſeus q vo/
cauerat eum: ait intra ſe dicens: Si hic eſſet
pꝛapheta: ſciret vtiq̄z que ⁊ qualis mulier eſt
que tangit eum. Ecce: phariſeꝰ veraciter apð
ſe ſuperbus ⁊ fallaciter iuſtus egrum repꝛe/
hendit de egritudine; medicum de ſubuentio
ne: que pꝛofecto mulier ſi ad pharisei pedes
veniſſet: calcibus repulſa diſcederet. Inqui
nari enim ſe alieno peccato crederet: q: hūc
vera ſua iuſtitia non replebat. Sic ⁊ quidam
ſacerdotali officio prediti: ſiquid foꝛtaſſe iu/
ſte exterius vel tenuiter egerint: pꝛotinꝰ ſub
iectos deſpiciunt: ⁊ peccatoꝛes quoq̄z in ple/
be poſitos dedignantur. Neceſſe ē aūt vt cū
peccatoꝛes quouſq̄z cōſpicimus noſmetipſos
pꝛius in eoꝛum calamitate defleamus: q: foꝛ
taſſe ī ſimilibus aut lapſi ſumus aut labi poſ
ſumus. Opoꝛtet aūt vt ſollicite diſcernamus
q: diſtrictionem debemꝰ vitijs cōpaſſionem
nature. Si enim feriendus eſt peccatoꝛ: nu/
triendus eſt pꝛoximus. Cum vero iam per
penitentiā percutit ipſe quod fecit: iam no/
ſter pꝛoximus peccatoꝛ nō eſt: q: hic ī ſe pu
nit quod iuſtitia diuina repꝛehendit. Inī du
os ergo egros medicus aderat: ſed vnus in
febꝛe ſenſum tenebat: alter ſenſum perdide/
rat mentis. Illa quippe flebat quod fecerat:
phariſeus aūt de falſa iuſtitia elatus: vi ſue
valitudinis exaggerebat. TYTVS. Dn̄s
aūt nō verba eius audiens: ſed cogitationes
inſpiciēs: dn̄m ſe pꝛophetaꝝ oſtendit. vnde
ſequitur. Et reſpondēs ieſus dixit ad illum.

Simon habeo tibi aliquid dicere. GLO.
Q̄ð quidē dixit eius cogitatōi reſpondens.
Phariſeus aūt ex verbis dn̄i attentioꝛ ē fa/
ctus. vnde dicitur. At ille ait. Magiſter.
GREGO. Et duobus aūt eiꝰ debitoꝛibꝰ
paradigma opponitur: quoꝝ vnus minus:
alius amplius debet. vnde ſeq̄tur: Duo de
bitoꝛes erant cuidā feneratoꝛi: vnus debe/
bat denarios quingentos: ⁊ alius quinqua/
ginta. TYTVS. q. d. neq̄z tu ab ſq̄z debi/
to es. quid igitur ſi in paucioꝛibus teneris?
nō ſuperbias: q: tu quoq̄z venia eges. vnde
de venia ſubdit dicens. Non habē. autē il.
vnde red. donauit vtriſq̄z. GLO. Nullꝰ
enim poteſt per ſeipſuꝫ a debito peccati libe
rari niſi diuina gratia veniaꝫ conſequatur.
GREGO. in ho. Vtrorūq̄z autē debito
dimiſſo: quis amplius largitoꝛem debiti dili
gat phariſeus interrogat. Seq̄tur. n. Quis
ergo plꝰ eū diligit? Quibꝰ verbis ꝓtinus il
le reſpondit. Eſtimo q: is cui plꝰ donauit.
Qua in re notandum eſt: ꝙ dū ſua ſentētia
phariſeus conuincitur. quaſi freneticus fu/
nē poꝛtat ex quo ligetur. vnde ſequitur: At
ille dixit ei: recte iudicaſti. Enumerantur aūt
ei bona peccatricis: enumerantur ⁊ mala fal
ſi iuſti: vnde ſequitur. Et conuer. ad mul.
di. ſimoni: vides hanc mulierem. intraui in
do. tuaꝫ. AMBRO. q. d. facilis eſt vſus
aquaꝝ: nō eſt facilis lachꝛymaꝝ effuſio. tu
pꝛomptis nō es vſus: hec effudit nō pꝛōpta
lauans lachꝛymis pedes meos lauit maculas
ꝓpꝛias: terſit comis: vt per eas ſibi aſſumat
ſacros ſudoꝛes: ⁊ quibus venata eſt ad pec/
catū iuuētutē: vēata ē ſāctitatē. CHRY.
Sicut aūt vbi vehemēs imber ꝓrumpit: fit
ſerenitas: ſic lachꝛymis effuſis apparet tran/
quillitas: ⁊ perit caligo reatuū. ⁊ ſicut ꝑ aquā
⁊ ſpiritū: ſic per lachꝛymas ⁊ cōfeſſionē de/
nuo mundamur. vnde ſequitur: Propter
quod dico tibi remittūtur ei peccata multa: q̄
niā dile. mul. Nam qui vehemēter ſe ige/
ſerunt malis: rurſus ⁊ bonis vehemēter in/
ſiſtent: cōſcij ad quot debita ſe obligauerūt.
GREGO. Tanto ergo amplius peccati
rubigo conſumitur: quāto peccatoꝛis coꝛ ma
gno charitatis igne cōcremat. TYTVS.
Contingit autem ſepius eum qui multū pec
cauit per cōfeſſionē purgari. Pauca vo pec
cantem: ex arrogantia nō venire ad ꝯfeſſio/

nis remediū. vñ ſeqtur: Cui āt minꝰ dimitti
tur: minꝰ diligit. CHRY. O pꝰ eſt ḡ no/
bis ſeruēti aīa: qꝛ nihil īpedit hoīem fieri ma
gnū. Nullus ergo cōſtitutoꝝ ī peccatis de/
ſperet. nemo virtuoſus dormitet: nec hic cō/
fidat. Sepe enī meretrix precedet eū: nec ille
diffidat: poſſibile nāqꝫ ē eū etiā primos ſupe
rare. vnde ⁊ hic ſubditur Dixit aūt ad illā:
Remit. tibi pec. tua. GREGO. Ecce. q̄
ad medicū venerat egra ſanata eſt ſed de ſa/
lute eius: adhuc alij egrotant. Sequitur. n.
Et cepe. qui ſimul accū. dicere intra ſe: quis
eſt hic q ēt pec. dimittit? ſed celeſtis medicus
egros nō reſpicit: quos ēt de medicamento
fieri deteriores vidit. eā aūt quā ſanauerat:
ꝑ pietatis ſue ſniam confirmat. vnde ſequit:
Dixit aūt ad muli. fi. tua te ſal. fecit. qꝛ. ſ. hoc
qđ petijt poſſe ſe accipere non dubitauit.
THEOPHI. Poſtqꝫ aūt ei peccata di/
miſit: nō ſiſtit in remiſſionē peccati: ſꝫ adij/
cit ↄpationē boni. vnde ſubditur: Vade i pa
ce. i. ī iuſticia: qꝛ iuſticia ē pax hoīs ad deū:
ſicut peccatū ē inimicitia īter deū ⁊ hoīē. q.
d. operare oīa q̄ ad pacem dei te ducunt.
AMBRO. Hoc aūt loco pleriqꝫ pati vi
dentur ſcrupulū queſtionis: vtrū videantur
euangeliſte diſcordaſſe de fide. GRE/
CVS. Qꝛ enī quattuor euangeliſte dicunt
chriſtum vnctum fuiſſe vnguēto a muliere:
tres puto fuiſſe mulieres ex perſonaꝝ quali/
tate: ex modo agēdi: ex differentia tēpoꝝ: Jo
annes quidem narrat de maria ſorore lazari:
qū ſex diebꝰ ante paſcha vnxit pedes ieſu i
propria domo. At matheus: Poſtqꝫ dñs
dixerat: Scitis qꝛ poſt biduū fiet paſcha: ſub
dit ꝙ in bethania in domo ſimonis leproſi
mulier fudit vnguētū ſuper domini caput: ñ
aūt vnxit pedes vt maria. Marcus ēt mat/
theo ſimiliter: lucas aūt nō circa tēpus paſce:
ſed in medio euangelij hoc refert. Chryſoſto
mus autē binas aſſerit has mulieres fuiſſe:
vnā quidē que continetur in ioanne: alterā
vero cuius mētio fit a tribꝰ. AMBRO.
Hanc ergo mulierem inducit mattheus ſu/
pra caput chriſti effundentem vnguentum: ⁊
ideo noluit dicere peccatricem. nam pecca/
trix ſm lucam ſupra chriſti pedes effudit vn
guentum. Poteſt ergo non eadem eſſe: ne
ſibi contrarium euangeliſte dixiſſe videātur.
Poteſt etiam queſtio meriti ⁊ temporis di/
uerſitate diſſolui: vt adhuc illa peccatrix ſit:
iam iſta perfectior. AVGV. de cō. euan.
Eandem enī mariā bis hoc feciſſe arbitror ī
telligēdū: ſemel ſcilicet qđ lucas narrauit cū
primo accedens cū humilitate ⁊ lachrymis
meruit remiſſionē peccatoꝝ. vnde ioannes
cū de lazaro reſuſcitando cepiſſet loqui: ante
qꝫ veniret in bethaniam dicit: Maria autem
erat que vnxit dñm vnguento: ⁊ terſit pedes
eius capillis ſuis: cuius frater lazarus īfir/
mabatur. Jam itaqꝫ hoc maria fecerat. Qđ
autē in bethania rurſum fecit: aliud eſt: qđ
ad luce narrationem non pertinet: ſed pari/
ter narratur ab alijs tribus. GREGO.
in home. Myſtice aūt intellectu, phariſeꝰ de
falſa iuſticia preſumens iudaicum populū:
peccatrix mulier: ſed ad veſtigia dñi veniēs
⁊ plorans conuerſam gentilitatem deſignat.
AMBRO. Vel princeps huius ſeculi q̄
dam leproſus eſt. domꝰ aūt ſimonis leproſi
terra eſt: ergo dominus ex illis ſuperioribꝰ
locis deſcendit in terrā: neqꝫ enim ſanari po
tuiſſet hec mulier que ſpēm habet anime vel
eccleſie: niſi chriſtus veniſſet in terrā. Meri
to aūt ſpēm accipit peccatricis: qꝛ chriſtꝰ quo
qꝫ formam peccatoris accepit: itaqꝫ ſi conſti/
tuas aīam fideliter appropinquantem deo: ñ
peccatis turpibus ⁊ obſcenis: ſed pie ſeruē
tē dei verbo: habētē imaculate fiduciā caſti/
tatis: ad ipſum chriſti caput aſcendit: Caput
autē chriſti deus eſt: ſed qui caput non tenet
chriſti: ille pedes teneat. Peccator ad pedes
iuſtus ad caput: habet tamen etiam ea q̄ pec/
cauit vnguentū. GREGO. Quid aliud
vnguento niſi bonus odor opinionis expri/
mitur? ſi igitur recta opera agimus. quibus
opinione boni odoris eccleſiam reſperga/
mus: quid in corpore domini niſi vnguen/
tum fundimus? Sed ſecus pedes mulier ſte
tit: contra pedes enim domini ſtetimus: cū
in peccatis poſiti eius itineribus retineba/
mur. ſed ſi ad veram penitentiam poſt pec/
cata conuertimur: iam retro ſecus pedes ſta/
mus: quia eius veſtigia ſequimur quē īpu
gnabamus. AMBRO. Defer ⁊ tu poſt
peccata penitentiam: vbicūqꝫ audieris chriſti
nomen accurre. In cuiuſcūqꝫ interiorem do/
mū ieſum intraſſe cognoueris: ⁊ ipſe feſtia:

pla de chriſto: quaſi de arboribus virentib⁹.
Vel turba que veſtimenta ſtrauit in via: ſi/
gnificat martyres que veſtimenta ſua. i. cor/
pora que tegumenta ſunt animarum ꝓ chri/
ſto ad martyrium tradiderunt Vel ſignificã
tur illi qui corpora ſua per abſtinentiam do/
mãt. Illi aũt ramos arborum precidunt q di
cta ⁊ exẽpla ſanctoꝝ patrũ querũt ad ſuam vl'
filiorum ſalutẽ. HIERO. Quod autem
ait: Turbe autem que precedebant ⁊ que ſeq
bantur. vtrũq; populum oſtendit ⁊ qui ante
euangelium ⁊ qui poſt euangelium domino
crediderunt: conſona ieſum confeſſionis vo
ce laudare. CHRY. ſuper matth. Et illi
quidem prophetantes de chriſto venturo cla/
mauerunt: hi autem laudantes clamãt de ad
uentu chriſti adimpleto.

¶ Paſſio domini noſtri ieſu chriſti
Mathei. xxvj. cap.

ET factum eſt cum conſu/
maſſet ieſus ſermões hos
omnes: dixit diſcipulis ſu
is: Scitis quia poſt biduũ
paſcha fiet ⁊ filius homi/
nis tradetur vt crucifigatur.

HYLA. Poſt ſermonem quo venturum
ſe dominus in reditu claritatis oſtenderat:
nũc paſſurũ eẽ ſe admonet: vt ſacramẽtũ cru
cis admixtũ eſſe glorie eternitatis agnoſce/
rent. vnde dicitur: Et fa. eſt cum cõſum. ie.
ſ. hos oẽs. RABA. de cõſumatione ſecu
li ⁊ de die iudicij Vel qꝛ ab initio euangelij
vſq; ad paſſionem omnia faciẽdo ⁊ predicã/
do cõpleuerat. ORIGE. Nõ ſimpliciter
aũt dixit oẽs: ſed hos omnes. adhuc. n. opor
tebat eũ ẽt alios loqui ſermones priuſq; tra
deretur. dixit diſcipulis ſuis: Sci. qꝛ p⁹ bi.
pa. fiet. RABA. Sicut ex ioannis narra/
tione colligitur: ante ſex dies paſche venit ie
ſus in bethaniã: inde venit hieruſalem ſedẽs
ſuper aſellum poſtea geruntur ea que narrãt
hieroſolymis geſta. Ex illo ergo die quo ve
nit in bethaniam: intelligimus cõſũmatũ qua
triduũ: vt occurreret dies ante biduum pa/
ſche. Hoc autem inter paſcha ⁊ azima di/
ſtat: qꝛ paſcha ipſe ſolus dies appellatur in q
agnus occidebatur ad veſperã: hoc ẽ. xiiij. lu
na primi menſis. xv. aũt luna quãdo egreſ/
ſus eſt populus de egypto ſuccedebat feſtiui
tas azimoꝝ: veꝝ euangeliſte vnũ pro altero
ponere ſolent. HIERO. Paſcha autem
quod hebraice dicitur phaſe: nõ a paſſiõe vt
pleriq; arbitrãtur: ſed a tranſitu nominatur
eo q exterminator vidẽs ſanguinẽ in forib⁹
iſrl'itaꝝ pertranſierit nec percuſſerit eos: vel
ipſe dominus prebens auxiliũ populo ſuo
deſuper ambulauerit. REMI. Siue qꝛ au
xiliante domino populus iſrleliticus libera/
tus ab egyptiaca ſeruitute tranſiuit ad liber/
tatem. ORIGE. Nõ aũt dixit: Poſt bi/
duum paſcha erit aut veniet: ne oſtenderet il
lud paſcha futurum quod fieri ſolebat ſm le
gem: ſed paſcha fiet: hoc eſt quale nunq; fa/
ctum fuerat. REMI. Myſtice eñi paſcha
dicitur: ſiue qꝛ ea die chriſtus tranſiuit d' mũ/
do ad patrem: de corruptione ad incorruptio
nem: de morte ad vitam. Siue qꝛ ſalubri trã
ſitu a demoniaca ſeruitute mundũ redemit.
HIERO. P⁹ duos ẽt dies clariſſimi lu
minis veteris ⁊ noui teſti: veꝝ ꝓ mũdo cele
bratur paſcha: tranſitus ẽt noſter. i. phaſe ita
celebratur ſi terrena dimittentes ad celeſtia fe
ſtinemus. ORI. Predic autem diſcipulis
ſe tradendum cum ſubdit: Et fi. ho. tra. vt
crucifi. Premuniens eos ne priuſq; audiãt
que fuerant futura ſubito videntes tradi ma
giſtrum ad crucem obſtupeſcant. ideo ãt im/
perſonaliter poſuit. Tradetur: qꝛ deus tradi
dit eũ pp miſericordiã circa genus humanũ:
Judas pp auaritiã: ſacerdotes pp inuidiã:
diabolus pp timorẽ: ne auelleretur de manu
eius genus humanũ per doctrinã ipſi⁹: non
aduertens quoniam magis fuerat eripien/
dum genus humanum per mortem ipſius
q; ereptum fuerat ꝑ doctrinã ⁊ miracula.
¶ Tunc congregati ſunt principes

ſacerdotum ⁊ ſeniores populi in atriū
principis ſacerdotū: qui dicebatur cay
phas: ⁊ conſilium fecerunt vt ieſū do
lo tenerent ⁊ occiderēt. Dicebant āt:
Non in die feſto: ne forte tumultus fie
ret in populo.

GLO. Oſtendit euangeliſta apparatum
⁊ machinatōnem dominice paſſionis quā
chriſtus prenunciauerat. vnde dicit. Tūc cō
gre. ſunt prin. ſa. REMI. Quod aūt dicit
Tunc ſuperioribus verbis cōiūgit. i. ante
quā paſcha celebraretur. ORIGE. Non
autem veri ſacerdotes ⁊ ſeniores ſed illi⁹ q
videbatur populus dei: vere aūt erat popul⁹
gomorre: nō itelligētes ſūmū ſacerdotē dei: i
ſidiati ſūt ei. ⁊ n̄ cognoſcētes p̄mogenitū vni
uerſe creature cōt ſeniorem oībus conſiliati
ſunt contra eum. CHRY. in ho. Iniqua
vero negocia tentantes ad principem ſacer
dotū veniunt. inde volentes poteſtatē accipe
re vnde prohibere oportebat. Multi autem
erant tunc principes ſacerdotū: lex vo vnū
eē volebat. vnde manifeſtū eſt q̄ iudaica diſ
ſolutio accipiebat principium. Moyſes eni
vnū principē ſacerdotum eſſe iuſſit: ⁊ eo mor
tuo alterū fieri: poſtea vero annui facti ſunt
Eos igitur ait hic principes ſacerdotum:
qui ꝺ principibus ſacerdotū erāt. REMI.
Cōdēnātur āt iſti ⁊ q̄ cōgregati ſunt: ⁊ quia
pricipes ⁊ ſacerdotes fuerūt. quo. n. plures
ad pagēdū aliqđ malū cōueniūt: ⁊ quo ſubli
miores: ⁊ nobiliores fuerint: eo deteri⁹ hr̄
malū qđ cōmittit: ⁊ eo maior pena illis prepa
rat. Ad oſtendendā āt dn̄i ſimplicitatē ⁊ in
nocentiam addit euangeliſta. Vt ieſum do.
te. ⁊ occi. In quo enim nullā mortis cām in
uenire poterāt: cōſilium fecerūt vt dolo tene
rent ⁊ occiderent. CHRY. in ho. Conſi
liati ſūt ḡ vt tenerēt eū occulte ⁊ interimerēt:
formidabāt āt populū: ideoq3 expectabāt feſti
uitatē preterire. pp qđ ſeqtur. Di. au. n̄ i di.
fe. Diabolus. n. nolebat in paſcha chriſtum
pati: ut nō manifeſtā ei⁹ ꝯſtitueret paſſionē.
Pricipes āt ſacerdotū nō ea q̄ dei ſūt timue
rūt: ne. ſ. peccato i hoc tp̄e pacto maior ei⁹ in
gnatio fieret: ſed vbiq3 q̄ hūana ſunt cogita
bāt vn̄ ſeqt: Ne for. tu. fi. i po. VRIGE.
Propter diuerſa ſtudia ppl̄i diligētis xp̄m
⁊ odiētis: credētis ⁊ n̄ credētis. LEO. pa. i
ſ. ꝺ paſ. Prouidētib⁹ ḡ pricipib⁹ ne i ſācto
die tumult⁹ orirer: nō feſtiuitati ſ3 facīori ſtu
debāt. ſeditōes. n. turbaꝝ fieri i precipua ſo
lēnitate metuebāt: n̄ vt ppl's n̄ peccaret: ſ3 ne
chriſt⁹ euaderet. CHRY. i ho. S3 tn̄ fu
rore feruētes imutati ſunt a ſuo cōſilio: q2. n.
traditorē inuenerūt: i ipſa feſtiuitate xp̄m occi
derūt. LEO. pa. i ſ. ꝺ paſ. Diuino āt itelligi
mus diſpoſitū fuiſſe cōſilio: vt iudeoꝝ princi
pes q ſeuiēdū i chriſtū occaſiōes ſepe q̄ſierāt:
nō niſi i ſolēnitate paſchali exercēdi furoris
ſui acciperēt p̄tāte. Oportebat eni vt manife
ſto iplerēt effectu: q̄ diu figurato fuerāt pro
miſſa myſterio: vt ouē ſignificatiuā: vera re
moueret ouis: ⁊ vno expleret ſacrificio vari
arū dr̄a victimaꝝ. Vt ḡ vmbre cederēt cor
pori ⁊ ceſſarēt imagines ſub preſentia veri
tatis: hoſtia i hoſtiā trāſijt: ſāguine ſāguis au
fert: ⁊ legalis feſtiuitas dū mutatur: ip̄letur.

¶ Cum autem eſſet ieſus in betha
nia in domo ſimonis leproſi: acceſſit
ad eū mulier hñs alabaſtrū vnguen
ti precioſi: ⁊ effudit ſub caput ipſius re
cūbētis. Uidētes āt diſcipuli: īdignati
ſūt dicētes: Ut quid pditio hec? Po
tuit. n. iſtd venūdari multo ⁊ dari pau
perib⁹. Sciēs āt ieſus: ait illis: Quid
moleſti eſtis huic mulieri? Op⁹. n. bo
nū opata ē i me. Nā ſep pauperes hēbi
tis vobiſcū: me āt nō ſp hēbitis. Mit
tēs eni hec vnguentū hoc i corp⁹ meū:
ad ſepeliēdū me fecit: Amē dico vobis:
vbicūq3 predicatū fuerit hoc euāgeliū
in toto mundo dicetur: ⁊ q̄ hoc fecit i
memoriam eius.

GLO. Oñſo ꝯſilio pricipū ꝺ chriſti occiſi
one vult exeq euāgeliſta cōpletionē ei⁹: oſtē
dēs q̄lr iudas hūit cōuētionē cū iudeis vt
xp̄m traderet: ſ3 pri⁹ cām pditiōis p̄mittit.
Doluit. n. q2 n̄ erat venūdatū vnguētū quod
mulier ſup caput xp̄i effudit: vt ꝺ p̄cio aliqd
tolleret. vn̄ voluit h̄ damnum pditōe magri
recōpēſare. Dicit ḡ. Cū āt eēt ie. i bet. i do.
ſy. le. HIE. Non q̄ leproſus illo tp̄e pma
neret: ſed q2 antea leproſus poſtea a ſalua

toꝝ mundatus eſt: noīe ꝓſtino ꝑmanente: vt
virtus curantis appareat. Seqꝛ: Acce. ad eū
mu. ha. ala. vn. pꝛeci. RABA. Eſt aūt ala
baſtrū genus marmoꝛis cādidi varijs coloꝛi
bus intinctū: qḋ ad vaſa vnguentaria cauare
ſolent: eo ꝙ optime ſeruare ea incoꝛrupta di/
catur. HIE. Alius aūt euangeliſta ꝓ alaba
ſtro vnguenti pꝛecioſi nardū piſticū poſuit: ħ
eſt veꝝ ⁊ abſqꝫ dolo. RABA. Piſtis. n.
grece: latine dꝛ̄ fides: vnde piſticuꝫ. i. fidele.
Erat. n. illud vnguentum fidele. i. purum ⁊
non adulteratum. Sequiꝛ: Et ef. ſu. ca. ip. re
cū. ORI. Foꝛſitā quis diceret quattuoꝛ fu
iſſe mulieres de quibus ꝯſcripſerunt euāge/
liſte. Ego āt magis ꝯſentio tres fuiſſe: ⁊ vnā
qdē de qua ſcripſerunt mattheus ⁊ marcus:
alterā aūt de qua ſcripſit lucas: aliā de q̄ ſcri/
pſit ioannes. HIE. Nemo. n. putet eandeꝫ
eſſe que ſuꝑ caput vnguentum: ⁊ que ſuꝑ pe
des effudit: Illa. n. lachꝛymis lauit: ⁊ crine
terſit: ⁊ manifeſte meretrix appellaꝛ. De hac
autem nihil tale ſcriptum eſt: nec. n. poterat
ſtatim capite domini meretrix digna fieri.
AMBRO. ſuper lu. Poteſt ergo nō ea/
dē eſſe: ne ſibi ꝯtraria dixiſſe euāgeliſte vide
anꝛ. Pōt ēt queſtio meriti ⁊ tēpoꝛis diuerſi/
tate diſſolui: vt adhuc illa peccatrix ſit: iā iſta
ꝑfectioꝛ. CHRY. in ho. Et ſcḋm ħ apud
tres euangeliſtas. ſ. mattheū marcū ⁊ lucam:
vna ⁊ eadē eſſe vꝛ̄. Non aūt abſqꝫ rōe lepꝛe
ſimonis meminit euāgeliſta: ſꝫ vt oſtēdat vn̄
fiduciam ſumens hec mulier acceſſit ad xp̄m.
qꝛ. n. lepꝛa immunda paſſio eſſe videbaꝛ: vi/
dens ꝙ ieſus illū hoīem curauerat apud quē
manebat: ꝯfidit ꝙ ⁊ aīe eius īmundiciam fa/
cile expurgabit. ⁊ alijs mulierib⁹ pꝛo curatio
ne coꝛpoꝛis ad xp̄m accedētibus ſola ipſa ho
noꝛis gratia ad xp̄m acceſſit ⁊ ꝑꝑ aīe curatio/
nē: cū nihil in coꝛpoꝛe īfirmū hēret. Quapp
maxime aliqs eādē admirari dꝫ. Apud ioan
nē aūt nō ē eadē mulier: ſꝫ altera q̄dā mirabi
lis lazari ſoꝛoꝛ. ORI. Dū matthe⁹ qdem
⁊ marc⁹ ī domo ſimonis lepꝛoſi ħ ſcḋm fuiſſe
exponūt: ioānes aūt ꝙ venit ieſus vbi erat la
zar⁹ ⁊ nō ſimō: ſꝫ maria ⁊ martha miſtrabat.
Adhuc ſcḋm ioānē an̄ ſex dies paſche venit in
bethaniā: qn̄ fecerūt ei cenā maria ⁊ martha:
hic aūt qn̄ recūbit ī domo ſimonis: p⁹ biduū
paſcha erat futuꝝ. Et apud mattheū ⁊ mar/
cū diſcipuli īdignanꝛ ex bono ꝓpoſito: apud
ioānē aūt ſolus iudas furādi affectu: apud lu
cā aūt murmurat nemo. GRE. in ho. Vel
dicēdū ꝙ hāc eādē quā lucas peccatricē mu/
lierē: ioānes mariā noīat. AVGV. de cō.
euā. Lucas aūt q̄uis ſile ſcḋm cōmemoꝛet ei
qḋ ħ dꝛ̄: nomēqꝫ ꝯueniat ei⁹ apud quē ꝯuiua
baꝛ dn̄s: nā ⁊ ipm ſimonē dicit: tn̄ qꝛ non ē ꝯ
naturā vel moꝛē hoīum vnū nomē hr̄e duos
hoīes: poti⁹ credibile ē fuiſſe aliū illū ſimonē
nō lepꝛoſum ī cui⁹ domo hec ī bethania gere
banꝛ. Nihil igiꝛ aliḋ arbitroꝛ: niſi ꝙ nō qdē
aliā fuiſſe mulierē q̄ peccatrix tunc acceſſit ad
pedes ieſu: ſꝫ eādē mariā bis ħ feciſſe: ſemel
. ſ. ꝙ lucas narrauit. nā ioānes mariā cōmē/
dās cōmemoꝛauit anteq̄ꝫ veniret ī bethaniā:
Erat igꝛ languēs lazar⁹ ī bethania de caſtello
marie ⁊ marthe ſoꝛoꝛis ei⁹. Maria aūt erat q̄
vnxit dn̄m vnguēto ⁊ extersit pedes ei⁹ capil
lis ſuis cui⁹ frater lazar⁹ īfirmabaꝛ. iaꝫ itaqꝫ
hoc maria fecerat. Qḋ aūt ī bethania rurſus
fecit aliud ē qḋ ad luce narrationē nō ꝑtinet:
ſꝫ pariter narraꝛ a tribus: ioanne. ſ. mattheo: ⁊
marco. ꝙ aūt matthe⁹ ⁊ marc⁹ caput dn̄i vn/
guēto illo ꝑfuſum dicunt: ioānes aūt pedes:
oſ̄diꝛ nō eſſe ꝯtrariū: ſi accipiam⁹ nō ſolū ca
put: ſꝫ ⁊ pedes dn̄i ꝑfudiſſe mulierē: niſi foꝛ
te qm̄ marcus fracto alabaſtro ꝑfuſum caput
cōmemoꝛat: tā qſqꝫ calūnioſus ē vt aliqd ī va
ſe fracto neget remanere potuiſſe: vnde ēt pe
des dn̄i ꝑfunderet. Ille aūt q ſic calūniaꝛ: pꝛi
us accipiat ꝑfuſos pedes anteq̄ꝫ illud fractū
eſſet: vt in īlegro remaneret: vn̄ ēt caput ꝑ
funderetur vbi fractura illa totum effuderat.
AVGV. de doc. chꝛi. Neqꝫ vllo mō qſq̄ꝫ
fieri crediderit dn̄i pedes ita vnguēto ꝓcioſo
a mulierꝛ ꝑfuſos vt luxurioſoꝝ ⁊ neq̄ꝫ hoīuꝫ
ſolent. In oīb⁹. n. talib⁹ nō vſus reꝝ ſꝫ libi/
do vtētis ī culpa ē. Quiſqs. n. reb⁹ ſic vtiꝛ:
vt metas ꝯſuetudīs bonoꝝ inter quos viuit nō
excedat: aut aliqd ſignificat aut: flagitioſus ē.
Itaqꝫ qḋ ī alijs perſonis pleruq̄ꝫ flagitiuꝫ ē:
in diuina vel pꝛophetica perſona magnū cu/
iuſdam rei ſignum eſt. odoꝛ. n. bonus fama
bona ē quā qſqꝫ bone vite opibus habuerit:
dū veſtigia chꝛiſti ſequiꝛ quaſi pedes ei⁹ pꝛe/
cioſiſſimo odoꝛe ꝑfundit. AVGV. de q̄.
euā. Sꝫ hoc videri pōt eſſe ꝯtrariū ꝙ matthe
us ⁊ marc⁹ poſtea quā dixerūt paſca poſt bi/
duū futuꝝ: deinde cōmemoꝛauerūt ꝙ erat ie
ſus in bethania: vbi de vnguento illo pꝛecio

ſo dicitur: Joannes aũt ante ſex dies paſce d vnguento eadem narraturus: Sed q̃ ita mouentur non intelligunt mattheũ ⁊ marcum illud qđ in bethania de vnguento factũ erat recapitulando poſuiſſe. Nõ eni quiſq̃ eorum cum dixiſſet poſt biduum paſcha futurũ: ſic adiunxit vt diceret: Poſt hec cum eſſet bethanie. CHRY. in ho. Sed quia diſcipuli audierant magiſtrũ dicẽtẽ: Miſericordiã volo ⁊ nõ ſacrificiũ: apud ſe cogitabant: Si holocauſta nõ acceptat: multo minus olei huiuſmodi vſum. vnde ſequitur. Videntes ãt diſcipuli indignati ſunt dicentes. Vt quid perditio hec? potuit enim iſtud venundari multo: ⁊ dari pauperibus. HIE. Scio quoſdã hunc locum calumniari: quare ioãnes iudã ſolum dixerit contriſtatum: eo q̃ loculos tenuerit: ⁊ fur ab initio fuerit: ⁊ mattheus ſcribat omnes diſcipulos indignatos neſcientes tropũ qui vocatur ſynodoche: q̃ ⁊ p̃ multis vnus: ⁊ pro vno multi ſoleant apellari. nam ⁊ paulus in epiſtola ad hebreos dicit: Secti ſunt: cũ vnũ tãtũmodo. ſ. yſaiã ſectuz autumẽt. AVGV. de cõ. euã. Põt etiam intelligi q̃ ⁊ alij diſcipuli aut ſenſerunt hoc: aut dixerũt: aut eis iuda dicente perſuaſũ ſit: atq̃ oĩum voluntatẽ mattheus ⁊ marcus ẽt verbis expreſſerint. ſed iudas propterea dixerat q: fur erat: ceteri vero propter pauperũ curam. Joannes autẽ de ſolo illo id cõmemorare voluit cuius ex hac occaſione furandi conſuetudinẽ credidit itimãdã. CHRY. in ho. Diſcipuli ergo ita exiſtimabãt. ſ; dominus mentẽ mulieris videns permittit: multa enim erat eius religio ⁊ ineffabile ſtudium: iccirco cõdeſcendens conceſſit ſup caput ſuum vnguentum effundi. Sicut eñ pater eius odorem victime ⁊ fumũ patiebaẽ: ita ⁊ chriſtus mulierẽ deuote vngentem: cuius diſcipuli mẽtẽ neſciebant querelã facientes. vnde ſequitur. Sciens aũt ieſus ait illis. Quid mo. eſ. huic mu. REMI. Per qđ aperte oſtendit q̃ apoſtoli aliquid moleſte locuti fuerant aduerſus eã. Pulchre autẽ ſubdit. Opus bo. ope. eſt in me. Ac ſi di. Nõ eſt perditio vnguenti ſicut vos dicitis: ſed opus bonũ. i. pietatis ⁊ deuotionis obſequium. CHRY. in ho. Jdeo aũt nõ ſimpliciter dixit: Bonũ opus operata eſt in me: ſed prius poſuit. Quid moleſti eſtis huic mulieri: erudiẽs nos quodcũq̃ geritur bonum a quocũq̃: ⁊ ſi nõ valde diligenter factũ fuerit: ſuſcipere ⁊ augere ⁊ fouere ⁊ non ex principio oẽ; diligentiã expetere. Quiquis. n. eã interrogaſſet anteq̃ feciſſet hoc mulier: ñ mandaſſet hoc fieri: ſed poſt effuſum vnguẽtum nõ habebat locũ diſcipulorũ increpatio: ⁊ iõ ipſe vt nõ obtunderet deſideriũ mulieris: oĩa hec in conſolationẽ mulieris dixit. Sequitur: Nã pau. ſẽper ha. vo. REMI. Oſtendit enim dñs his verbis quaſi ex quadam ratione: quoniã nõ erant illi culpandi q̃ ſibi adhuc in mortali corpore conuerſanti: aliquid de ſuis facultatibus miniſtrarent: cum pauperes ſemper habendi eſſent in eccleſia: quibus fideles cũ vellent benefacere poſſẽt: ipſe vero breui tempore corporaliter manſurus erat cum eis: vnde ſequitur: Me autem non ſemper habebitis. HIERO. Oritur aũt h qõ: quare dñs poſt reſurrectionẽ dixerit ad diſcipulos: Ecce ego vobiſcũ ſũ vſq̃ ad cõſumationem mundi: ⁊ nũc loquit̃: Me aũt nõ ſemper habebitis. S; mihi videtur in hoc loco de preſentia dicere corporali: q̃ nequaq̃ cũ eis ita futurus ſit poſt reſurrectionem quõ nũc in omni conuictu ⁊ familiaritate. REMI. Vel ſolui ẽ ita vt intelligatur q̃ ſoli iude dictũ ſit: ſed ideo nõ dixit: habes ſed habebitis: q: in perſona iude omnib⁹ imitatoribus illius dictum eſt. Jdeo ãt dicit: Nõ ſemper: cũ nec ad tempus habeãt: quia mali videntur habere chriſtum in preſenti ſeculo quando miſcent ſe membris chriſti: ⁊ accedunt ad menſam eius: ſed nõ ſemper ſic habebunt: quando ſolis electis dicturus ẽ: Venite benedicti patris mei. Seqtur: Mit. enim hec vn. hoc in cor. me. ad ſepe. me fe. Conſuetudo erat illi⁹ populi vt corpora mortuorũ diuerſis aromatibus condirenẽ quatenus diutius illeſa cõſeruarentur. Et q: futurum erat vt hec mulier corpus dñi mortuuz vellet perungere: ⁊ tamẽ nõ poſſet: q: reſurrectiõe anticiparet: iccirco diuina p̃uidentia actũ eſt vt viuũ domini corpus pũgeret. hoc eſt ergo qđ dicit. Mit. hec ⁊c̃. i. cũ hec mulier corp⁹ meũ viuũ pongit: me morituꝝ ⁊ ſepeliendũ oſtendit. CHRY. i ho. Q: g̃ ſepulchrũ ⁊ mortẽ cõmemorauerat vt nõ videatur i triſticiã: mittere mulierẽ: rurſus eã cõſolatur per ea que conſequuntur. Amẽ di. vo.

vbicūq3 predi. fu. RABA. i. i quocūq3 lo
co dilatabiť eccleſia p totū mūdū diceť: ⁊ qꝫ h
fecit ⁊c̄. iſtud ⁊ appoſitū notat qꝫ ſicut iudas
cc̄ tradicēs adept⁹ ē pfidie īfamiam: ſic ⁊ iſta
pie deuotōis gloriā. HIERO. Attēde no
ticiā futuroꝝ qꝫ paſſurus p⁹ biduū ⁊ moritu/
rus: ſciat euāgeliū ſuū in toto orbe celebrādū
CHRY. i bo. Ecce aūt qꝫ dixit: ſcīn eſt: ⁊
vbicūq3 terraꝝ abieris: videbis hāc mulierē
famoſā effectā qꝺ virt⁹ pdicētis effecit. Et re
gnū qdē multoꝝ ⁊ ducū victorie ſilenť: ⁊ mul
ti q ciuitates ꝯſtruxerunt: ⁊ gētes multas fun
ditꝰ ſubegerūt: neq3 ex auditu neq3 ex nomīe
ſunt cogniti. qm̄ aūt hec mulier oleū effudit i
domo leproſi cuiuſdā. xij. viris preſentibus:
h oēs cōcinūt per orbē terraꝝ: ⁊ tps tantū p/
trāſijt: ⁊ memoria ei⁹ qꝺ factū ē nō ē tabefa/
cta. Sed q̄re nihil ſpeciale ꝓmiſit mulieri: ſ3
ſempiternā memoriā: q2 ex his que dixit itel
ligi potuit. Si. n. op⁹ bonū fecit: manifeſtu3
ē qꝫ ⁊ mercedē dignā ſuſcipiet. HIERO.
Myſtice aūt paſſurus ꝓ oi mūdo morať i be
thania i domo obediētie: q̄ quōdā fuit ſymo
nis leproſi. Simon quoq3 ipſe obediens dici
tur q iuxta aliā intelligentiā mūdus īterpreta
ri pōt: i cui⁹ domo curata ē eccleſia. ORI/
GE. Oleū aūt vbiq3 i ſcripturis aut op⁹ mi
ſericordie intelligiť: quo lucerna verbi enu/
trita clareſcit: aut doctrina cui⁹ auditu verbū
fidei qꝺ ē aſcenſum nutritur. Generaliter g̊
oē quo qs vngitur oleū appellať. olei autem
aliud ē vnguētū. itē vnguēti aliud ē precio/
ſum: ſic oīs act⁹ iuſt⁹ op⁹ bonū diciť. Ope/
ris aūt boni aliud ē quod facim⁹ pp̄ hoīes vł
ſm hoīes: aliud qꝺ pp̄ deū ⁊ ſ3 deū. Item h
ipſu3 quod facimus propter deū: aliud profi
cit ad vſum hominum aliud tantum ad glo/
riā dei. vtputa aliqs benefacit hoi naturali iu
ſticia mot⁹: nō pp̄ deū: quō faciebāt īterdu3 ⁊
gentes. op⁹ illud oleū ē vulgare non magni
odoris: ⁊ ipſū tamē acceptabile apꝺ deū: qm̄
vt dicit petrus apud clemētē. Opera bona q̄
fiūt ab infidelibus i hoc ſeculo eis proſūt: nō
in alio ad cōſequendū vitam eternā: q aūt pp̄
deū faciūt: magis illis i illo ſeculo ꝓficit. hoc
eſt vnguētū boni odoris: S3 aliꝺ fit ad vtili/
tatē hoīum: vtputa elemoſyne ⁊ cetera huiuſ
modi. h q facit i chriſtianos: pedes dn̄i vngit
q2 ipi ſūt dn̄i pedes qꝺ precipue ſolēt facere
penitētes ꝓ remiſſione peccatoꝝ ſuoꝝ. Qui

aūt caſtitati ſtudet i ieiunijs ⁊ oratōib⁹ pma
net: ⁊ ceteris: q̄ tm̄ ad gloriā dei ꝓficiūt: hoc
ē vnguētū quod vngit dn̄i caput: ⁊ hoc ē vn
guētū precioſū ex cuius odore tota repleť ec/
cleſia. ⁊ hoc ē opus propriū nō penitētiu3 ſed
pfectoꝝ: aut doctrina que neceſſaria ē hoīb⁹:
hoc ē vnguētū quo pedes dn̄i vngūť. Agni/
tio aūt fidei que ad ſolū pertinet deū ē vnguē
tū quo vngitur caput chriſti: quo ꝯſepelimur
chriſto p baptiſmū i morte. HYLA. Mu/
lier aūt hec i prefiguratōe plebis gentiū ē que
in paſſione chriſti gloriā deo reddit. Caput
eni ei⁹ perūxit: caput aūt chriſti de⁹ ē: nā vn/
guētū boni operis ē fructus. ſed diſcipuli fa
uore ſaluandi iſraelis vēdi hoc in vſū paupe
rū dicūt debuiſſe: pauperes autē iudeos fi/
de indigentes: inſtinctu prophetico nūcupāt:
qbus dn̄s ait plurimū eſſe tpis quo hēre cu/
rā pauperꝝ poſſet. Ceteꝝ nō niſi ex precepto
ſuo ſalutē gentib⁹ poſſe preſtari: q̄ ſecū iſtu/
ſo mulieris hui⁹ vnguēto ſūt cōſepulte. q2 re
generatio nō niſi cū mortuis i baptiſmi pro/
feſſione reddetur. ⁊ iccirco vbi predicabitur
hoc euangelium narrabitur op⁹ ei⁹: q2 ceſſā/
te iſrael: euangelij gloria fide gētiū pdicatur.

¶ Tunc abijt vnus de duodeci qui
dicebatur iudas ſcarioth: ad princi/
pes ſacerdotum: ⁊ ait illis: Quid vul/
tis mihi dare ⁊ ego vobis eum tradā:
At illi cōſtituerunt ei triginta argen/
teos. Et exinde querebat oportunita/
tem vt eū traderet.

GLO. Poſita occaſione proditionis: con
ſequenter de proditione iude agit euāgeliſta
vn̄ dicit: Tūc abi. vn⁹ ꝺ. xij. ⁊c̄. CHRY.
in home. Tūc. ſ. qn̄ hoc audiuit qm̄ predicabi
tur hoc euāgeliū vbiq3. timuit eni: nā virtu/
tis ineffabilis erat qꝺ dictū ē. AVGV. de
con. euan. Ita eni ſermo dirigitur. dicēte do
mino: Scitis q2 p⁹ bidu. paſ. fi. tūc cōgre. ſūt
princ. ſacer. Tūc abi. vnus de. xij. Inter illꝺ
eni qꝺ dictū eſt: Ne tumultus fieret i populo
⁊ hoc quod dicitur. Tūc abijt vnus de. xij. in
terpoſitū ē illꝺ ꝺ bethania qꝺ recapitulādo di
ctū eſt. ORIGE. Abijt ḡ aduerſus vnū
principē ſacerdotū qui factus ſacerdos i eter
nū ad multos principes ſacerdotum: vt ven
deret precio volētem redimere totū mundū.

RABA. Abijt aūt dicit: q2 nō coactus: nō inuitatus: ſed ſponte ſceleratū init cōſilium. CHRY. in ho. Addit autem: vnus d. xij. ac ſi diceret: de primo choro eoꝝ qui ſublimiter electi ſunt: ⁊ ad deſignationem eius adiūgit: Qui dicitur iudas ſcarioth. Erat enim alius iudas. REMI. Scariotha nāq3 fuit villa vnde ortus eſt iſte iudas. LEO pa. in ſer. de paſ. Qui nō timoris perturbatione chriſtum deſeruit: ſed pecunie cupiditate diſtraxit: amore enim pecunie vilis eſt omnis affectio: ⁊ anima lucri cupida etiam ꝓ exiguo perire non metuit: nullumq3 eſt iuſticie in illo corde veſtigium: in quo ſibi auaricia facit habitaculum. Hic perfidus iudas inebriatus veneno dum ſitit lucrum: tam ſtulte impius fuit: vt ⁊ dominum venderet ⁊ magiſtrum. vnde dixit principibus ſacerdotum: Quid vul. mi. da. ⁊ ego vo. eum tra. HIERO. Infelix iudas damnum quod ex effuſione vnguenti ſe feciſſe credebat: vult magiſtri precio compenſare nec certam tamē poſtulat ſummam: vt ſaltem lucroſa videretur proditio: ſed quaſi vile tradens mancipium in poteſtate ementium poſuit q̄tum vellent dare. ORIGE. Hoc autem faciunt omnes qui accipiunt aliquid corporalium aut mundalium rerum: vt tradant ⁊ eijciant ab anima ſua ſaluatorem ⁊ verbum veritatis quod erat in eis. Sequitur. At illi conſti. ei. xxx. argen. Tantam mercedem conſtituētes. quantos annos ſaluator conuerſatus fuerat in hoc mundo. HIERO. Joſeph autem non vt multi putant iuxta. lxx. interpretes xxx. aureis venditus eſt: ſed iuxta hebraicam veritatem. xxx. argenteis. neq3 enim poterat ſeruus precioſior eſſe q̄3 domin⁹. AVGV. de. con. euan. Qd autem dominus xxx. argenteis venditus eſt ſignificauit per iudam iudeos iniquoſq3 qui perſequētes carnalia ⁊ temporalia que ad quinq3 pertinent ſenſus corporis chriſtum habere noluerunt. ⁊ quia ſexta mundi etate fecerunt ſeries quinq3 eos quaſi precium venditi domini acce piſſe ſignatum eſt. ⁊ quia eloquium domini argentum eſt: illi autem ipſam legem etiam carnaliter intellexerunt tanq̄3 in argento impreſſerant ſecularis principatus imaginem quā amiſſo domino tenuerunt: Sequitur Et exi. que. op. vt eum traderet. ORIGE. Qualem autem opportunitatem querebat iudas: lucas manifeſtius explanat dicens: Et querebat opportunitatem vt traderet eū ſine turba: id eſt quando populus non erat circa eum: ſed ſecretus erat cum diſcipulis; quod ⁊ fecit tradens eum poſt cenam cum ſecretus eſſet in predio gethſemani: ⁊ inde vſq3 nunc opportunitas iſta videtur his qui volunt prodere dei verbum in tempore perſecutionis: quando multitudo credentiū nō eſt circa verbū veritatis.

¶ Prima autem die azimorum acceſſerunt diſcipuli ad ieſum dicentes: Ubi vis param⁹ tibi comedere paſcha? At ieſus dixit: Ite in ciuitatē ad quēdam: ⁊ dicite ei: Magiſter dicit: tempus meum prope eſt: apud te facio paſcha cum diſcipulis meis. Et fecerunt diſcipuli ſicut conſtituit illis ieſus: ⁊ parauerunt paſcha.

GLO. Proſecutus fuerat euangeliſta de his que erāt preambula ad chriſti paſſionem ſcilicet de prenunciatione paſſionis: de conſilio principum: ⁊ de tractatu proditionis: nūc autem tempus ⁊ ſeriem paſſionis incipit ꝓſequi dicens: prima autem die azi. HIERO. Prima dies azimorum. xiiij. dies menſis primi eſt: quando agnus imolatur ⁊ luna pleniſſima eſt ⁊ fermentum abijcitur. REMI. Et notandum q̄ apud iudeos ꝑmo die paſcha celebratur: reliq̄ vero. vij. ſeq̄ntes dies azimorum vocabantur: ſed nūc dies azimorum dī pro die paſche. CHRY. in ho. Vel hanc primā diē azimorum dicit: q2. vij. dies azimoꝝ erant: aſſueuerunt. n. iudei a veſpera ſemper numerare diē. vn̄ huius diei facit mētionē ſm quam in veſpera paſcha erat imolādū qd̄ qnta feria fuit. REMI. S3 forte dicet aliquis: Si ille typicus agn⁹ figurā huius veri agni geſtabat: q̄re non ea nocte paſſus ē chriſtus quādo ſolebat agnus imolari? Sed ſciendum q2 eadē nocte myſteria ſanguinis ⁊ corporis ſui diſcipulis celebranda tradidit: ⁊ ſic tentus ⁊ ligatus a iudeis ⁊ ſue immolationis id eſt paſſionis ſacrauit exordiū. Seqtur. Acceſ. ad ie. diſ. d.

Vbi vis pte ti. co. paſ. Inter eos autez diſci
pulos qui acceſſerunt ad ieſum interrogãtes
ꝛ iudam fuiſſe eſtimo proditorẽ. CHRY.
in ho. Ex hoc autem manifeſtum eſt: qm̃ nõ
erat ei domus neqꝫ tugurium. Ego autez eſt i
mo neqꝫ diſcipulos habuiſſe. ꝑfecto. n. eum
illuc rogaſſent venire: ſequit: At ie. dixit Ite
in ciui. ad quendam ꝛc. AVGV. de con.
euan. Eũ. ſ. quẽ marcus ꝛ lucas dicũt patrẽ/
familias vel dñm domus. Qđ ergo iterpo/
ſuit mathe⁹: Ad quẽdã: tanqꝫ ex pſona ſua
ſtudio breuitatis illud cõpẽdio voluit inſinua
re: nam neminez ſic loqui vt dicat Ite ad quẽ
dam: quis neſciat? Ac per hoc cuz mattheus
verba dñi poſuiſſet dicentis: Ite in ciuitatẽ:
interpoſuit ipſe Ad quendã: non qꝛ ipſe dñs
ħ dixerit: ſed vt ipſe nobis inſinuaret tanto
noie fuiſſe quẽdã in ciuitate ad quẽ dñi diſci
puli mittebanť vt prepararẽt paſca. Manife
ſtũ ẽ. n. diſcipulos a dño nõ ad quẽlibet: ſed
ad quẽdã hoiem. i. ad certũ aliquẽ miſſos eẽ.
CHRY. in ho. Vel dicendũ ꝙ ꝑ hoc qđ
dicit. Ad quẽdã: oſtendit ꝙ ad ignotũ hoiez
mitti: monſtrans hinc qm̃ poterat non pati.
Qui. n. menti huius ꝑſuaſit vt eos ſuſcipet
qđ non vtiqꝫ opatus eſſet in his qui eũ cruci/
figebant: ſi tñ voluiſſet nõ pati: ego aũt neqꝫ
hoc admiror ſolum qm̃ cum ſuſcepit ignotus
exiſtens: ſed qm̃ ſuſcipiendo xp̃m multorum
odium contẽpſit. HYLA. Vel ideo homi
nem cum quo paſcha celebraturus eſſet non
noiat: non. n. chriſtiani noīs honor credẽtib⁹
erat preſcit⁹. RABA. Vel nomẽ ꝓtermit
tit vt oib⁹ verꝫ paſcha celebrare volentibus
xp̃mqꝫ hoſpitio ſue mentis ſuſcipere danda
facultas deſignetur. HIERO. In hoc ẽt
morẽ veteris teſti noua ſcriptura conſeruat.
Frequenter enim legimus. Dixit ille illi: ꝛ i
loco illo ꝛ illo: ꝛ tamen nomen perſonarũ lo
corũqꝫ non ponitur. Sequitur: Et dicite ei:
Magiſter dicit: tp̃s meũ ꝓpe ẽ. CHRY.
in ho. Hoc aũt dixit diſcipulis paſſionẽ cõ/
memorans: vt ex multiplici paſſionis enun/
ciatiõe exercitati meditarenť qđ futuꝝ erat: ſi
mul aũt demonſtrãs ꝙ volens ad paſſionez
venit. Sequiť: Apđ te facio paſcha. In quo
demonſtrat qm̃ vſqꝫ ad vltimũ diẽ non erat
ꝯrius legi. Addidit aũt: Cũ diſcipulis meis
vt ſufficiẽs fieret ꝑparatio: ꝛ vt ille ad quem
mittebat non exiſtimaret eum occultari velle.

Sequiť. Et fece. diſci. ſicut ꝯſti. illis ieſus: ꝛ
para. paſcha. ORI. Forſitan aũt aliqs req
ret ex eo ꝙ ieſus celebrauit more iudaico pa/
ſcha: qꝛ ꝯuenit ꝛ nos imitatores chriſti ſimili
ter facere: nõ ꝯſiderans ꝙ ieſus factus ẽ ſub
lege: non vt eos qui ſub lege erãt ſub lege re
linqueret: ſed vt ex lege educeret: quãto ergo
magis non conuenit illos introire in lege qui
prius fuerant extra legem: ſed ſpiritualiter ce
lebrantes que in lege corporaliter celebranda
mandantur: vt in azimis ſynceritatis ꝛ veri/
tatis celebramus paſcha ſm̃ voluntatez agni
dicentis: Niſi manducaueritis carnem me/
am: ꝛ bibe. ſan. meũ nõ habe. vitã in vobis.
¶ Veſpere autez facto: diſcumbebat
cum duodecim diſcipulis ſuis. Et edẽ
tibus illis dixit: Amen dico vobis: qꝛ
vnus veſtrum me traditurus eſt? Et
contriſtati valde: ceperunt ſinguli dice
re: Nunquid ego ſum domine? At ip
ſe reſpondens ait: Qui intingit mecuz
manum in parapſide: hic me tradet. Fi
lius quidem hominis vadit ſicut ſcri/
ptum eſt de illo. ve autem homini illi:
per quẽ filius hominis tradetur. Bo
num erat ei: ſi natus non fuiſſet homo
ille. Reſpondens autem iudas qui tra
didit eum dixit: Nunquid ego ſuz rab
bi? Ait illi: Tu dixiſti.
HIERO. Quia ſupra domin⁹ de paſſi.
ſua predixerat: nunc etiam de proditore pre/
dicit dans ei penitentie locum: vt cum intelli
geret ſciri cogitationes ſuas ꝛ occulta cordis
conſilia: peniteret eum facti ſui vnde dicitur:
Veſpere autem fa. diſcum. cum. xij. diſci. ſu
is. REMI. Cum. xij. dicit: quia iudas ad/
huc erat in numero: qui iam receſſerat meri/
to. HIERO. Omnia. n. ſic agit iudas vt
tollatur ſuſpicio ꝓditoris. REMI. Et no/
tandum: quia pulchre veſpera facto diſcubu
iſſe dicitur: qm̃ ad veſperam agnus immola
ri ſolebat. RABA. Ideo etiam veſpere di
ſcubuit cum diſcipulis: quia in paſſione chri
ſti quando verus ſol ad occaſum properauit
refectio eterna omnibus fidelibus preparata
fuit. CHRY. in ho. Deſignat autem cuã

gelista q͡ꝛ comedentibus illis disputat iesus de
traditione iude: vt τ a tēpore τ mensa osten/
dat maliciam proditoris: τ ideo sequitur. Et
edentibus illis dixit amen dico vo. q͡ꝛ vnus
ve. me tra. est. LEO. papa i ser. de paſ. In
quo notam sibi esse proditoris sui conscictiaꝫ
demonstrauit: non aspera ac aperta impium
increpatione confundens sed leui: τ tacita ad
monitione ꝯueniēs: vt facilius corrigeret pe
nitendo: quem nulla deformasset abiectio.
ORIGE. Vel dixit generaliter: vt testi/
monio ꝑcussi cordis singulorum qualitas ꝑ
bareť: τ vt iude ostenderet malitiam qui nec
cognitorē ꝯsiliorum suorum credebat: esto q͡ꝛ
in primis putauit latere quasi hominem qui
postq͡ꝫ vidit ꝯscientiam suam positā in vbis
ipsius: quorum primum infidelitatis erat: se
cundum iprudentie: τ vt ēt discipuloꝝ osten
deret bonitatē: q͡ꝛ plus credebant verbis xp̄i
q͡ꝫ ꝯscie sue. vnde sequiť: τ cō. sūt val. τ cep.
sin. di. Nunqd ego sum dn̄e? Vnusqsq͡ꝫ. n.
discipuloruꝫ sciebat ex his q̄ docuerat iesus:
q̄m ad malū vertibilis est humana natura: τ
in colluctatione aduersus rectores hui⁹ mun
di tenebraꝝ: τ pp hanc causam vnusqsq͡ꝫ co/
rū timens interrogauit: vnde τ de omnibus
futuris timēdū ē nobis ifirmis. Videns aūt
dn̄s de seipsis timentes discipulos: demon/
strauit proditorē inditio prophetice vocis di/
centis: Qui mādicat panem mecum amplia
uit aduersum me supplantationem. vnde se/
quiť: At ipse respondens ait: Qui intin. me
ma. in pap. h me tradet. HIERO. O mi
ra dn̄i patientia. prius dixerat: Vnus vestꝝ
me tradet. pseuerat ꝓditor in malo. manife/
stius arguit: τ tn̄ nomē ꝓpriū non designat.
Judas. n. ceteris contristatis τ retrahentib⁹
manū τ interdicentibus cibos ori suo: teme/
ritate τ ipudentia qua ꝓditurus erat: etiā ma
num cū magistro mittit in parapsidem vt auda
cia bonam conscientiā mentireť. CHRY.
in ho. Mihi autem vr̄ τ hoc christū fecisse: q͡ꝛ
s. iudas cū eo in papside itingeret: magis cū
ꝯfundens τ in amorē suū attrahens. RA/
BA. Qd̄ aūt dicit h mattheus: In papside
marcus dicit In catino: Parapsis. n. ē vas
escaꝝ quadrangulatū a paribus assibus. i. eqs
lateribus dictū. catinum vero vas fictile ap/
tum ad immittendum liquorem: τ potuit fieri
vt in mensa vas fictile quadrangulatū ꝯtine
reť. ORIGE. Nec est aūt propria ꝯsue/
tudo hoīum nimis maloꝝ: vt post salē τ pa/
nē insidienť hoībus maxime nihil inimicitie
ab eis habentibus. Si autē τ post spiritualē
mensam abundantius videbis: multitudinē
malitie eius non recordatus: nec in corporali
bus bonis magistri dilectionem: nec in spiri
tualibus doctrinam: Tales sunt oēs in eccle
sia q insidianť fratribus suis: cū qbus ad eā/
dem mēsaꝫ corporis xp̄i frequēter simul fue
rūt. HIERO. Judas aūt nec ꝑmo nec se/
cūdo correctus: a ꝓditione retrahit pedē: sed
patientia dn̄i nutrit ipudentiā suā. τ ideo pe/
na predicit: vt quē pudor non vicerat: corri/
gant denunciata supplicia: vnde sequiť. Fili
us qdē hominis va. sicut scri. est de illo. RE/
MI. Humanitatis nāq͡ꝫ est ire τ redire: di/
uinitatis semp manere τ eē: τ q͡ꝛ humanitas
pati potuit τ mori: iccirco pulchre dicitur fili
us hoīs abire. Aperte etiam dicit: Sicut scri
ptum est de eo: quoniam quecunq͡ꝫ passus ē:
prius a prophetis ꝑdicta sunt. CHRY. in
ho. Hoc aūt dixit ad ꝯsolādū discipulos: vt
non existimarēt infirmitatis id esse qd̄ passu/
rus erat: τ vtinam ēt corrigeret proditorem.
Quāuis aūt scriptū fuerit passuꝝ esse xp̄ꝫ ni
hilomin⁹ tn̄ incusať iudas. Nō. n. traditio iu
de salutē nostrā opata ē s͡ꝫ sapiētia xp̄i q alio/
rū nequitijs ad id qd̄ nobis expediebat vtebať.
vn̄ seqť: Ve aūt ho. il. p quē fi. hoīs tradeť.
ORIGE. Non dixit de homini illi a quo
tradiť: s͡ꝫ p quē tradeť: ondēs alteꝝ a quo tra
debať. i. diabolo: ipm aūt iudā ministruꝫ esse
traditionis. Ve aūt oib⁹ ꝓditoribus xp̄i: qui
cunq͡ꝫ. n. discipulos xp̄i tradit ipsum xp̄m tra
dit. REMI. Vel ēt erit oib⁹ q maligna cō
scia τ polluta ad mēsam xp̄i accedūt. Quan/
uis. n. xp̄m nō tradāt iudeis crucifigēdū: tra
dūt tn̄ suis iniqs mēbris sumēdū τ ad maio/
rē exaggerationē subdit. Bonū erat il. si na.
nō fu. hō ille. HIERO. Nō aūt iō putan
d⁹ ē an̄ fuisse q͡ꝫ nasceret: q͡ꝛ nulli posset esse
bene: nisi ei q fuerit: s͡ꝫ simplr̄ dcm̄ est multo
meli⁹ esse non subsistere q͡ꝫ male subsistere.
AVGV. de q̄. euā. Etsi qspiā ꝯtendit ali
quā vitā esse an̄ istā: nō iude tm̄ vt nō nasce/
reť: s͡ꝫ nulli expedire ꝯuinciť. An diabolo di
cit nō expedire nasci. s. ad peccatū: an ēt bo/
nū erat illi vt christo nō nasceret p vocationē
nec esset apostata. ORIGE. Judas āt p⁹

omnium apoſtolorum interrogationes: ⁊ p⁹ chriſti narrationem de ipſo vix aliquando ⁊ ipſe interrogauit verſuto conſilio: vt ſimilia ceteris interrogando celaret proditionis conſilium. Naȝ vera triſtitia non ſuſtinet morā. vnde ſequitur. Reſpon. autem iu. qui tradi. eum dixit: Nunquid ego ſum rabbi? HIERO. In quo blandientis fingit affectum ſiue incredulitatis ſignum. Ceteri. n. qui non erant proditurī dicunt: Nūquid ego ſum domine? Iſte qui proditurus erat non dominū: ſed magiſtrum vocat: quaſi excuſationem habeat ſi domino denegato ſaltem magiſtrum prodiderit. ORIGE. Vel hoc ipſuȝ quaſi ſubſannens dicit: quia vocabatur magiſter cū nō eēt hoc vocabulo dignus. CHRY. in ho. Quis autem dominus poterat dixiſſe: argentum es pactus accipere ⁊ adhuc audes interrogare: ſed nihil horuȝ dixit mitiſſimus ieſus: nobis terminos ⁊ regulas prefigens. Sequitur. n. Et ait illi: tu dixiſti. REMI. Quod ſic poteſt intelligi. Tu dicis ⁊ verum dicis: ſiue tu dixiſti ⁊ non ego: vt adhuc ei locus penitentie concederetur: dum non apertius eius puerſitas māifeſtatur. RABA. Potuit hoc etiam ſic dici a iuda ⁊ a domino reſponderi: vt non omnes aduerterent quod dictum erat.

¶ Cenantibus autem eis: accepit ieſus paneȝ ⁊ benedixit: ac fregit: deditqȝ diſcipulis ſuis ⁊ ait: Accipite ⁊ comedite: hoc eſt corpus meum.

HIERO. Poſtq̄ȝ typicuȝ paſcha fuerat impletum ⁊ agni carnes cuȝ apoſtolis comederat: ad verum paſche tranſgreditur ſacramentuȝ: vt quando olim prefiguratione ei⁹ melchiſedech ſummi dei ſacerdos panum ⁊ vinum offerens fecerat: ipſe quoqȝ in veritate ſui corporis ⁊ ſanguinis repreſentaret. vñ dicitur. Cenantibus auteȝ illis. AVGV. ad ianuarium: In quo liquido apparet: quando primo acceperunt diſcipuli corpus ⁊ ſanguinem domini: non eos accepiſſe ieiunos. Nunquid tamen propterea calumniandum eſt ritus vniuerſe eccleſie q̄ a ieiunis ſemper accipitur. Placuit. n. ſpirituiſancto vt in honorem tanti ſacramenti in os chriſtiani prius dominicum corpus itraret q̄ȝ ceteri cibi. Saluator nāqȝ quo vehementius commendaret myſterij huius altitudinem: vltimum hoc voluit infigere cordibus ⁊ memorie diſcipulorum a quibus ad paſſionem digreſſur⁹ erat: ⁊ ideo non precepit quo deinceps ordine ſumeretur: vt apoſtolis per quos eccleſiam diſpoſiturus erat ſeruaret huc locum. GLO. Sub alia tamen ſpē carnem ⁊ ſanguinem ſuum tradidit chriſtus: ⁊ deinceps ſumendum inſtituit: vt fides haberet meritum: que de his eſt que non videntur. AMBRO. de ſacramentis. Et vt nullus horror cruoris ſit: ⁊ preciuȝ tamen operetur redemptionis. AVGV. ſuper ioan. Commendauit autem dominus corpus ⁊ ſanguinem ſuum in eis rebus que ad vnuȝ aliquid rediguntur ex multis. Panis nanqȝ in vnuȝ ex multis granis conficitur: vinum vero in vnū ex multis acinis confluit. ita dominus ieſus chriſtus nos ſignauit: ⁊ myſteriuȝ pacis ac vnitatis noſtre in ſua mēſa conſecrauit. REMI. Apte etiam fructum terre obtulit vt per h̄ demonſtraret quia ad h̄ venerat: vt illam maledictioneȝ auferret qua maledicta eſt terra propter peccatum primi hominis. Congruenter etiā iuſſit offerri que de terra naſcuntur: ⁊ pro quib⁹ homines maxime laborant vt non eſſet difficultas in acquirendo: ⁊ homines de labore manuum ſuarum ſacrificium deo offerrent.

AMBRO. de ſacramen. Ex hoc autem accipe anteriora eſſe myſteria chriſtianorum q̄ȝ iudeorum. Obtulit. n. melchiſedech panē ⁊ vinum: ſimilis per omnia filio dei: cui dicitur: Tu es ſacerdos in eternum ſ̄m ordineȝ melchiſedech: de quo ⁊ h̄ dicitur: Accepit ieſus panem. GLO. Quod de pane frumēti intelligi debet. grano. n. frumenti ſe comparauit dominus dicens: Niſi granum frumenti cadens in terra. Talis etiam panis cōpetit ſacramento: quia eius vſus eſt communior: nam alij panes propter eius defectum fiunt. Qd̄ vero chriſtus vſqȝ ad vltimum diem demonſtrauit ſe non eſſe contrariuȝ legi: vt ſupra ex verbis Chryſo. habitum eſt: i veſpera vero quando paſcha immolabatur ſ̄m legis preceptum azima comedendum erat: ⁊ omne fermentatum abijciendum: manifeſtū eſt q̄ panis iſte quem dominus accepit vt diſcipulis traderet azim⁹ fuit. GREGO. in regiſtro: Solet auteȝ nonnullos mouere: q̄ in eccleſia alij offerunt panes azimos: alij

fermētatos. Eccleſia nāq3 romana offert azimos panes propterea ꝙ dominus ſine vlla commixtione ſuſceperint carnem: alie vero eccleſie offerant fermentatum: pro eo ꝙ verbum patris indutuz eſt carne: ⁊ eſt verus deus ⁊ verus homo. naz ⁊ fermentum commiſcetur farine: ſed tamen tam azimum q3 fermentatum dum ſumimus vnum corpus domini noſtri ſaluatoris efficimur. AMBRO. de ſacramentis: Iſte autē panis ante verba ſacramentorum panis eſt vſitatus: vbi acceſſerit ꝯſecratio: de pane fit caro Chriſti. Conſecratio autem quibus verbis eſt ⁊ quibus ſermonibus niſi domini ieſu? Si enim tanta vis eſt in eius ſermone vt inciperent eē que non erant quanto magis operatorius ē: vt ſint que erant: ⁊ in aliud commutētur. Si enim operatus eſt ſermo celeſtis in alijs rebus: non operatur in celeſtibus ſacramētis? Ergo ex pane corpus fit chriſti: ⁊ vinum fit ſanguis conſecratione verbi celeſtis. Modu3 requiris? Accipe. Conſuetudo eſt vt nō generetur homo niſi ex viro ⁊ mulier: ſed q2 voluit dominus de ſpiritusancto ⁊ virgine natus eſt chriſtus. AVGV. de ver. do. Sicut ergo per ſpiritumſanctum vera caro ſine coitu creatur: ita ⁊ per eundem ſubſtantia panis ⁊ vini ide3 corpus chriſti ⁊ ſanguis cōſecratur. ⁊ ideo quia verbo domini fit predicta conſecratio ſubditur: Benedixit. REMI. Per hoc etiam monſtrauit quia humanam naturam vna cum patre ⁊ ſpiritu ſancto gratia diuine virtutis impleuit: ⁊ eterne immortalitatis munere ditauit. Sed vt mōſtraret quia corpus eius non abſq3 ſua voluntate ſubiectum erat paſſioni: ſubditur. Ac fregit. AVGV. in li. ſenten. Proſperi. Cū enim frangitur hoſtia dum ſanguis de calice in ora fidelium funditur. quid aliud q3 dominici corporis immolatio in cruce: eiuſq3 ſanguinis effuſio de latere deſignatur? DIO. in eccle. hierar. In hoc etiā oſtenditur ꝙ vnū ⁊ ſimplum dei verbum per humanationem compoſitum ⁊ viſibile ad nos peruenit: ⁊ ad ſe noſtram ſocietate3 benigne peragens: ſpiritalium bonorum diſtributorum nos participes fecit vnde ſequitur: Deditq3 diſcipulis ſuis. LEO papa: in ſer. de paſſi. Nec ab hoc quidē myſterio traditore ſubmoto vt oſtēderetur iudas nulla iniuria exaſperatus: qui impietate voluntaria erat preſcitus. AVGV. ſuper Io. De vno enim pane ⁊ petrus accepit ⁊ iudas: ſed petrus accepit ad vitam: iudas ad mortem. CHRY. in ho. Et hoc ioannes oſtendit dicens: Quoniam poſt hoc intrauit in eu3 ſathanas. Etenim maius peccatum eſt factum: ⁊ quoniam cum tali mēte ad myſteria acceſſit. ⁊ quoniam cu3 acceſſiſſet: non factus eſt melior: neq3 timore: neq3 beneficio: neq3 honore: chriſtus autem non ꝓhibuit cū q3uis omnia nouerit: vt diſcas quoniam nihil dereliquit eorum que incorreptionem conueniunt. REMI. In hoc etiam facto reliquit exemplum eccleſie: vt neminem a ſocietate ſui neq3 a communione corporis ⁊ ſanguinis domini ſegreget: niſi pro aliquo manifeſto ⁊ publico crimie. HYLA. Uel ſine iuda paſca accepto calice ⁊ fracto pane cōficitur: dignus enim eternorum ſacramentorum communione non fuerat. Diſceſſiſſe autem eum hinc intelligitur ꝙ cu3 turbis reuerſus oſtenditur. Sequitur: Et ait accipite ⁊ comedite. AVGV. de ver. do. Inuitat dominus ſeruos vt prepararent eis cibum ſeipſum. Sed quis audeat manducare dominu3 ſuum? ⁊ quidem quando manducatur reficit: ſed non deficit. viuit manducatus: quia ſurrexit occiſus: nec quando manducatur partes đ illo facimus: ⁊ quidem in ſacramento ſic fit: Norunt fideles quēadmodū: māducēt carnē xpi. vnuſqſq3 partē ſuā accipit: ꝑ partes manducatur in ſacramento ⁊ integer manet: totꝰ in celo: totus in corde tuo. Ideo autem iſta dicuntur ſacramenta: quia in eis aliud videtur ⁊ aliud intelligitur: quod videtur habet ſpeciem corporalem: quod intelligitur: fructum h3 ſpiritualē. AVGV. ſup ioanē Carne3 aūt xpi non edamus tm̄ in ſacramento: qđ ⁊ multi mali faciunt: ſ3 vſq3 ad ſpiritus participationē manducemus: vt in domini corpore tanq3 membra maneamꝰ: vt eius ſpiritu vegetemur. AMBRO. de ſacra. Ante eni3 q3 conſecretur panis eſt. vbi aute3 verba chriſti acceſſerint dicentis Hoc eſt corpus meū: corpus chriſti eſt.

¶ Et accipiens calicem gratias egit: ⁊ dedit illis dicens: Bibite ex hoc omnes: Hic eſt enim ſanguis meus noui teſtamenti: qui pro multis effundetur

in remiſſionem peccatorum. Dico au
tem vobis non bibam ãmodo de hoc
genimine vitis vſqꝫ in diem illum: cũ
illud bibam vobiſcum nouum i regno
patris mei.
REMI. Quia corpus ſuũ ſub ſpecie pa/
nis dñs diſcipulis dederat: pulchre ẽt calicẽ
ſuis ſanguinis tradit eiſdem. vnde dicit. Et
accipiẽs calicem gratias egit. In quo demõ/
ſtrat quantũ de noſtra ſalute gratuletur. pro
quibus etiam ſanguinem ſuum funderet.
CHRY. in ho. Ideo etiã gratias egit: vt
nos doceret qualiter oporteret nos hoc my/
ſterium perficere: ⁊ etiam monſtrauit q̃m ad
paſſionẽ nõ venit nolens. Erudiuit enim
nos quodcũqꝫ patimur cum gratiarum actio
ne ferre: ⁊ etiam ex hoc bonam ſpem nobis
dedit. Si. n. figura huius ſacrificij. ſ. imola/
tio agni paſchalis: facta ẽ liberatio popu/
li ab egyptiaca ſeruitute: multomagis veri/
tas liberabit orbem terrarum. Sequitur: Et de
dit illis dicens: Bibite ex hoc oẽs. Ne au/
tem hoc audientes turbarentur primũ ipſe ſã
guinẽ ſuũ bibit: inducens eos ſine turbatiõe
ad cõionẽ myſteriorum. HIERO. ↄtra
Heluidium: Sic igitur dominus ieſus fuit
conuiua ⁊ conuiuium: ipſe comedẽs ⁊ q co/
meditur. Sequitur: Hic eſt ſanguis meꝰ no/
ui teſtamẽti ⁊c. CHRY. in ho. Hoc eſt
annunciationis legis noue: hoc eni ꝓmitte/
bat vetus teſtm̃ qd̃ continet nouũ. Sicut. n.
vetus teſtamẽtũ habuit ſanguinẽ vitulorum
⁊ ouium: ita nouum habet ſanguinẽ dñicum
REMI. Sicut enim legitur: ꝙ accepit moy/
ſes ſanguinẽ agni ⁊ miſit in crateram: ⁊ in/
tincto faſciculo hiſopi aſperſit populũ dicẽs
hic eſt ſanguis teſtamenti quod mandauit ad
nos deus. CHRY. in ho. Sanguinẽ au
tem noĩans: ⁊ paſſionẽ ſuã pronũciat dicẽs:
Qui pro multis effundetur: Et rurſus dicit
mortis cãm cũ ſubdit: In remiſſionẽ peccato
rum. q. d. ſanguis agni i egypto effuſus ẽ
ꝓ ſalute primogenitorum populi iſraelis. hic
ãt in remiſſionẽ peccatorum vniuerſi orbis ter
rarum. REMI. Et notandum ꝙ non ait:
Pro paucis: aut pro oĩbus: ſed ꝓ multis ꝙ
non venerat vnã tãtũ gentẽ redimere: ſꝫ mul
tos de oĩbus gentibus. CHRY. in ho.
Hoc aũt dicens oſtendit ꝙ paſſio eius: my/
ſteriũ ẽ ſalutis hũane ꝑ qd̃ ẽt diſcipulos con/
ſolatur. Et ſicut moyſes ait: Hoc erit vo/
bis memoriale ſempiternum ita ⁊ ipſe dixi
vt lucas refert: hoc facite in meam cõmemo
rationem. REMI. Non ſolum autem pa/
nem: ſed ẽt vinũ offerendum docuit: vt eſu/
rientes ⁊ ſitientes iuſticiam his myſterijs do
ceret eſſe recreandos. GLO. Sicut enim
corporalis refectio fit per cibum ⁊ potum: ita
ſub ſpecie cibi ⁊ potus nobis ſpiritualem re
fectionem dominꝰ preparauit. Conueniens
etiam fuit ad ſignandum dominicã paſſionẽ
vt ſub duplici ſpecie hoc ſacramentum inſti
tueretur. In paſſione enim ſanguinem ſuũ
effudit: ⁊ ſic ſanguis eius fuit a corpore ſepa
ratus. Oportuit ergo ad dominicam paſſio
nem repreſentandã ſeorſum proponi panem
⁊ vinũ que ſunt corporis ⁊ ſanguinis ſacra/
menta. Sciẽdũ tamẽ ẽ: ꝙ ſub vtraqꝫ ſpecie
totꝰ chriſtꝰ cõtinetur: ſub ſpecie qdẽ panis ſi
mul ſanguis cum corpore: ⁊ ſub ſpecie vini
ſimul corpus cum ſanguine. AMBRO.
in epiſtola ad corin. Ideo etiam in duabꝰ ſpe
ciebus celebratur: valet enim ad tuitionẽ cor
poris ⁊ anime quod percipimꝰ. CHRY.
ad concilium. Calix vero domini nõ ẽ aqua
ſola ⁊ vinũ ſolũ: niſi vtrũqꝫ miſceatur. quo/
modo nec corpus dñi põt eſſe farina ſola aut
aqua ſola: niſi vtrũqꝫ fuerit adunatũ. AM/
BRO. de ſacra. Si autem Melchiſedech
panem ⁊ vinum obtulit: quid ſibi vult aque
mixtio? Accipe rationem: Tetigit moyſes
petram: ⁊ petra vndam maximam fudit: pe
tra autem erat chriſtus: ⁊ vnus de militibꝰ lã
cea tetigit latus chriſti: ⁊ de latere eius aqua
fluxit ⁊ ſanguis: aqua vt mundaret: ſan/
guis vt redimeret. REMI. Sciendum
etiam ꝙ vt ioannes dicit Aque multe popu
li ſunt. Et quia nos oportet ſemper manere
in chriſto: ⁊ chriſtum in nobis: vinum aque
mixtum offertur: vt oſtendatur: quia caput
⁊ membra ideſt chriſtus ⁊ eccleſia vnum ſũt
corpus: vel vt demonſtretur quia nec chri/
ſtus paſſus eſt abſqꝫ amore noſtre redempti
onis: nec nos ſaluari poſſumus abſqꝫ illius
paſſione. CHRY. in ho. quia vero de
paſſione ⁊ cruce eis locutus erat. conſequẽ
ter eum qui de reſurrectione eſt ſermonem
inducit dicens. Dico autem vobis non bi/
bam ammodo de hoc genimine vitis vſqꝫ

in di. il. cū il. bi. vobiſ. no. in regno pa. mei.
Regnum autem reſurrectionem ſuam nomi
nat. Ideo autē hoc de reſurrectione dixit: ꝙ
.ſ. cū apoſtolis eſſet bibiturus: ne aliqui exi
ſtimarent phantaſiam eſſe reſurrectionem: ⁊
ideo perſuadentes hominibus de chriſti re/
ſurrectione dixerunt: Simul comedimus ⁊
bibimus cū eo poſtꝗ̄ reſurrexit a mortuis:
per hoc ergo oſtendit ꝙ videbunt eum reſu/
ſcitatum: ⁊ cum ipſis rurſus erit. Qđ autem
dicit: Nouum clare intelligēdum eſt noue. i.
nouo modo: non quaſi corpus paſſibile hńs
⁊ indigens cibo. Non enim poſt reſurrectio
nem comedit ⁊ bibit: qꝛ cibo indigeret: ſed ꝓ
pter reſurrectionis certitudinem. Quia vero
ſunt quidā heretici in ſacris myſterijs aqua
vtentes non vino demonſtrat per hec v̄ba:
quoniam ⁊ cum ſacra myſteria tradidit vinū
dedit quod ⁊ reſuſcitatus bibit. propter hoc
dicit: Ex hoc genimine vitis. Vitis enim vi
num non aquā generat. HIERO. Vel
aliter: de carnalibus dominus tranſit ad ſpi/
ritalia. ꝙ vinea de egypto tranſplantata po/
pulus ſit iſrael: ſacra ſcriptura teſtatur: dicit
ergo dominus ſe de hac vinea nequaꝗ̄ eſſe
bibiturum niſi in regno patris. Regnū pa
tris fidem puto eſſe credentium: ergo cum iu
dei regnū receperint patris tunc de vino eo
rum dominus bibet. Attende autē ꝙ dicat:
Patris: ⁊ non dei: Omnis enim pater no/
men eſt filij ac ſi diceret cum crediderint i de
um patrem: ⁊ adduxerit eos pater ad filium.
REMI. Vel aliter: nō bibam de gen. vi.
huius. i. nō vltra ſynagoge carnalibus obla
tionibus delectabor: in quibus illa paſcalis
agni immolatio precipuum locum tenere ſo/
lebat: Aderit autem mee reſurrectionis ⁊ di/
es in quo in regno patris conſtitutus: ideſt
gloria eterne immortalitatis ſublimatus vo/
biſcum illud bibam nouum: hoc eſt de ſalua/
tione illius populi iam renouati per aquam
baptiſmatis: quaſi nouo gaudio letabor.
AVGV. de que. euan. Vel aliter cum di
cit: Bibam illud nouum: vult intelligi hoc
vetus eſſe. Quia ergo de propagine adam q
vetus homo appellatur corpꝰ ſuſcepit: quod
in paſſione mori traditurus erat: vnde etiā
per vini ſacramentum commendauit ſangui
nem ſuum: ſed quid aliud nouum vinū niſi
immortalitatem renouandorum corporū in
telligere debemus? Qđ autem dicit: Vob
ſcum bibam. etiam ipſis reſurrectionem cor/
porum ad induendam immortalitatem pro/
mittit. vobiſcum. n. non ad idem tempus: ſꝫ
ad eandem innouationem eſſe dictum accipi
endum eſt: nam ⁊ nos dicit apoſtolus reſur/
rexiſſe cum chriſto: vt ſpes rei future iam le/
ticiam preſentem afferat. Quod autē de hoc
genimine vitis etiam illud nouum eſſe dicit.
ſignificat vtiqꝫ eadem corpora reſurrectura
ſm̄ innouationem celeſtem que nunc ſm̄ ter
renam vetuſtatē ſunt moritura. HYTA.
Videtur autem ex hoc ꝙ iudas cum eo non
biberit: quia non erat bibiturus in regno: cū
vniuerſos tunc bibentes ex vitis iſtius fru/
ctu bibituros ſecum poſtea polliceretur.
GLO. Sed ſuſtinendo aliorum ſanctorū
ſententiam: ꝙ. ſ. iudas ſacramenta receperit
a chriſto: dicendum eſt quod hic dicit. Vo/
biſcum ad plures eorum non ad omnes re/
ferendum eſſe.

¶ Et hymno dicto: exierunt in mon
tem oliueti. Tunc dicit illis ieſus: Om
nes vos ſcandalum patiemini in me in
iſta nocte. Scriptum eſt enim: Percu
tiam paſtorem: ⁊ diſpergētur oues gre
gis. Poſtꝗ̄ autem reſurrexero: prece/
dam vos in galileam. Reſpondens au
tem petrus: ait illi: Et ſi omnes ſcanda
lizati fuerint in te: ego nunquam ſcan
dalizabor. Ait illi ieſus: Amen dico ti
bi: quia in hac nocte anteꝗ̄ gallus can
tet: ter me negabis. Ait illi petrus Eti
am ſi oportuerit me mori tecū: non te
negabo. Similiter ⁊ omnes diſcipuli
dixerunt.

ORIGE. Diſcipulos qui acceperant be/
nedictionis panem ⁊ biberant calicem gratia
rum actionis: docebat dominus pro his om/
nibus hymnū dicere patri: vnde dicitur: Et
hymno dicto exierunt in mon. oli. vt de alto
tranſirent ad altū quia fidelis non poteſt ali
quid agere in cōualle. CHRY. in ho. Au
diant quicunqꝫ velut porci ſimpliciter man/
ducantes cum ebrietate ſurgunt: cum deceret
gratias agere ⁊ i hymnū menſam deſinere.

Audiant quicunqꝫ vltimam orationem ī ſacris myſterijs non expectant. vltima eni oratio miſſe illius hymni eſt ſignum. Gratias ergo egit anteqꝫ ſacra myſteria diſcipulis daret: vt ⁊ nos gratias agamus. Hymnum dixit poſtqꝫ dedit: vt ⁊ nos hoc ipſum faciam⁹

HIERO. Iuxta hoc exemplum ſaluatoris q pane chriſti ⁊ calice ſaturatus ⁊ inebriatus fuerit poteſt laudare deum ⁊ conſcendere montem oliueti: vbi laborum refectio doloris ſolatium ⁊ veri luminis noticia eſt.

HYLA. Per hoc etiam oſtenditur ꝙ homines conſumati in vniuerſis diuinorū myſteriorum virtutibus: gaudio exultationeqꝫ communi in celeſtem gloriam efferuntur.

ORIGE. Apte etiaꝫ mons miſericordie eſt electus vbi pronunciaturus fuit ſcandalū infirmitatis diſcipulorum: iam tunc paratus vt non repelleret diſcipulos diſcedentes: ſed vt reciperet reuertentes. vnde ſequitur. Tūc dixit il. ieſus: Omnes vos ſcā. patie. in me in iſta nocte. HIERO. Predicit quidem quod paſſuri ſunt: vt cum paſſi fuerint nō deſperent ſalutem. ſed agentes penitentiam liberentur. CHRY. in ho. In quo etiaꝫ docet nos quales ante crucem fuerunt diſcipuli ⁊ quales poſt crucem. Etenim qui neqꝫ cum chriſto dum crucifigebatur ſtare poterant p⁹ mortem chriſti adamante fuerunt fortiores. Fuga enim diſcipulorum ⁊ timor demōſtratio eſt mortis chriſti vt confundantur qui hereſi marchionis egrotant Si enim neqꝫ ligatus eſt neqꝫ crucifixus: vnde petro ⁊ reliquis apoſtolis incuſſus eſt tantus timor? HIERO. Et ſignanter addidit: In iſta nocte. quia quomodo qui inebriantur: nocte inebriantur: ſic ⁊ qui ſcandalum patiuntur in nocte ⁊ in tenebris ſuſtinēt. HYLA. Huius etiam predicationis fides auctoritate prophetie veteris cōtinebatur. vnde ſequitur. Scriptū eſt eniꝫ. percu. paſto. ⁊ diſper. oues gregis. HIERO. Hoc alijs verbis in zacharia propheta ſcriptum eſt: ⁊ ex perſona prophete ad deum dicitur. Percute paſtorem ⁊ diſpergentur oues: percutitur autem paſtor bonus vt ponat animam ſuā ꝓ ouibus ſuis: ⁊ de multis gregibus errorum fiat vnus grex ⁊ vnus paſtor. CHRY. in ho. Hanc autem prophetiam inducit: ſimul quidem ſuadens eis attendere ſemper que ſcripta ſunt: ſimul etiam oſtendens quoniam ſm dei conſilium crucifigebantur: ⁊ vndiqꝫ monſtrans non alienū ſe eſſe a veteri teſtamento ⁊ a deo qui in eo pronunciabatur. non autem permiſit eos in triſtibus permanere: ſed ⁊ leta pronunciat dicens: Poſtqꝫ autem reſurrexero precedam vos in galileam: non enim confeſtim poſt reſurrectioneꝫ in celo eis apparuit: neqꝫ in longam quandam regioneꝫ vt eis appareat vadit: ſed in ipſa gente ⁊ in ipſis fere regionibus: vt ⁊ hic crederent: quoniam qui crucifixus eſt: ipſe eſt qui reſurrexit. Propt hoc etiam ſe in galileam abire dicit: vt a timore iudeorum liberati: crederent ei quod dicebatur. ORIGE. Predicit etiā hoc eis vt qui ad modicum diſperguntur ſcādalum paſſi. poſt congregentur a reſurgente chriſto ⁊ ꝑcedente eos in galileam gentiuꝫ. HYLA. Sed petrus intātum ⁊ affectu ⁊ charitate chriſti efferebatur: vt ⁊ imbecillitatem carnis ſue ⁊ fidem verborum domini non contueretur: quaſi dicta eius efficienda nō eſſent. vnde ſequitur: Reſpondens petrus ait illi. Et ſi omnes ſcandalizati fuerint in te: ego nunqꝫ ſcandalizabor. CHRY. in ho. Quid ais o petre? Propheta dixit: Diſpergentur oues. ⁊ chriſtus confirmauit quod dictum eſt: ⁊ tu dicis: Nequaqꝫ. Quando dixit: Vnus ex vobis me tradet: timebas ne tu eſſes traditor: qꝫuis nihil tibi tale conſcius eras: nunc autem manifeſte eo dicēte: quoniam omnes ſcādalizabimini. contradicit ſed quia erutus erat ab anxietate quam de proditione habuerat cōfidens de reliquo dicebat: Ego nunquaꝫ ſcādalizabor. HIERO. Non tamen eſt temeritas nec mendacium: ſed fides eſt apoſtoli petri: ⁊ ardens affectus erga dominum ſaluatorem. REMI. Quod ergo ille dic prouidendo: iſte denegat amando. vbi moraliter inſtruimur vt quantum confidimus de ardore fidei: tantum timeamus de carnis fragilitate. videtur tamen accuſabilis petrus: ⁊ quoniam contradixit: ⁊ quoniā alijs ſeipſuꝫ prepoſuit: ⁊ tertio: quoniam totum ſibi attribuit quaſi fortiter eſſet perſeueraturus. vt hoc igitur in eo ſanare. permiſit fieri eius caſum: nō impellens eum ad negandum: ſed cum ſibi deſerens: ⁊ naturam humanam de fragilita

te conuinces. ORIGE. Unde alij diſci/
puli ſcandalizati ſunt in ieſu. Petrus autez
non ſolum ſcandalizatur: ſed abundantius
relinquitur vt ter denegaret. vnde ſequitur:
Ait illi ieſus: Amen dico tibi: quia in hac no
cte antequam gallus cantet: ter me negabis.
AUGU. de concor. euange. Poteſt autē
mouere q̄ tam diuerſa non tantum verba: ſʒ
etiam ſententias euangeliſte premittunt: qui
bus premonitus petrus illam preſumptionē
proferret vel cum domino vel pro domino
moriendi: ita vt cogant intelligibiliter euʒ ex
preſſe preſumptionem ſuam diuerſis locis
ſermonis chriſti: ⁊ ter illi a domino reſpon/
ſum q̄ cum eſſet ante galli cantum ter nega/
turus: ſicut etiam poſt reſurrectionem ter il/
lum interrogat vtrum eum amet: ⁊ manda/
tum de paſcendis ouibus ter precepit: Quid
enim habent hec verba matthei vel ſententie
ſimile illis vel quibus ſecundum ioannē vel
quibus ſecundum lucam petrus protulit pre
ſumptionem ſuam. Marchus autez pene ip
ſis verbis hoc commemorat quibus ⁊ mat/
theus: niſi q̄ diſtinctius quemadmodum fu/
turum eſſet: expreſſit dictum eſſe a domino:
Amē dico tibi quia tu hodie in nocte hac pri/
uſq̄ȝ bis gallus vocem dederit ter me es ne/
gaturus. vnde non nullis qui parum atten/
dunt: Marcus videtur non congruere cete/
ris. tota enim negatio petri trina eſt: que ſi pꝰ
primum galli cantum inciperet: falſum dixiſ
ſe viderentur tres euangeliſte qui dicunt di/
xiſſe dominum q̄ anteq̄ȝ gallus cantaret eum
petrus eſſet negaturus. Rurſus ſi totam tri/
nam negationem ante peregiſſet q̄ȝ cantare
gallus inciperet: ſuperfluo dixiſſe marcus ex
prehenderetur ex perſona domini: Priuſq̄ȝ
gallus bis vocem dederit ter me es negatu/
rus. Sed quia ante primum galli cantum ce/
pta eſt illa trina negatio: attenderunt tres euā
geliſte non quando eaʒ completurus eſſet pe
trus: ſed quanta futura eſſet ⁊ quando ince/
ptura: ideſt ante galli cantum: quanquam in
animo eius ⁊ ante primum galli cantum to/
ta poſſet intelligi: quoniam ante galli cantum
tantus timor obſederat mentem: qui eam poſ
ſet vſq̄ȝ ad tertiam negationem perducere.
Multominus igitur mouere debet: quia tri/
na negatio etiam trinis negantis vocibus an
te galli cantum cepta: ⁊ ſi non ante primum
galli cantum peracta eſt: tanquam ſi alicui di
ceretur: Antequam gallus cantet ad me ſcri/
bes epiſtolaʒ. in qua mihi ter conuiciaberis:
non vtiq̄ȝ ſi eam ante omnem galli cantum
ſcribere inciperet: ⁊ poſt primum galli can/
tum finiret: ideo dicendum erat falſum fuiſ/
ſe predictum. ORIGE. Queres autem ſi
poſſibile erat vt non ſcandalizaretur petrus:
ſemel ſaluatore dicente: quoniaʒ omnes vos
ſcandalum patiemini in me. Ad quod ali/
quis reſpondebit: quoniam neceſſe erat fie/
ri quod predictum erat a ieſu. Alius autez di
cit: quoniam qui exoratus a niniuitis: que
predixerat per Jonaʒ non fecit: poſſibile fuit
vt repelleret etiam ſcandalum a petro depre/
cante. Nunc autem promiſſio eius audax in
affectu quidem prompto: non ſine prudenti
facta eſt ei cauſa: vt non ſoluʒ ſcandalizaret:
verum etiam ter denegaret. poſtq̄ȝ autez cuʒ
affirmatione iuramenti pronūciauit: dicet ali
quis q̄ non erat poſſibile vt non denegaret.
Si enim iuramentum erat chriſti amen: men
titus fuiſſet dicendo. Amen dico tibi. ſi ve/
rum dixiſſet petrus: quia non te negabo. vi/
dentur autez mihi ceteri diſcipuli cogitantes
quod primuʒ fuerat dictuʒ Omnes vos ſcā
dalum patiemini: Ad hoc autem quod dictuʒ
eſt petro: Amen dico tibi ⁊c. promiſerūt ſi/
militer petro: quia non erant comprehenſi in
illa prophetia. vnde ſequitur Ait illi petrus
Etiam ſi oportuerit me mori tecum non te
negabo. Similiter ⁊ omnes diſcipuli dixe/
runt: hic etiam petrus neſcit quid loquatur:
Cum ieſu enim mori pro omnibus morien/
te hominum non erat: quoniam omnes fue/
rant in peccatis: ⁊ omnes opus habebant vt
pro eis alius moreretur: non ipſi pro alijs.
RABA. Sed quia intellexerat petrus do
minum pre timore mortis eum ſe predixiſſe
negaturum: ob hoc dicebat: q̄ licet periculuʒ
mortis immineret nullo modo ab eius fide
poſſet auelli: ⁊ ſimiliter alij apoſtoli per ardo
rem mentis non timuerunt damnuʒ mortis.
ſed vana fuit preſumptio humana ſine pro/
tectione diuina. CHRY. in ho. Hinc er/
go magnum diſcimus dogma q̄ non ſuffi/
cit deſiderium hominis: niſi diuino aliquis
potiatur auxilio.

¶ Tunc venit ieſus cum illis in vil-
lam que dicitur getbſemani. Et dixit
diſcipulis ſuis: Sedete hic donec va-
dam illuc ⁊ orem. Et aſſumpto petro
⁊ duobus filijs zebedei: cepit contri-
ſtari: ⁊ meſtus eſſe: tūc ait illis: Triſtiſ
eſt aīa mea vſqꝫ ad mortem. Suſtinete
hic ⁊ vigilate mecum.

REMI. Paulo ſuperius euangeliſta di-
xerat: quia hymno iam dicto exijt cū diſcipu-
lis in montē oliueti: ⁊ vt oſtenderet ad quem
locū ipſi⁹ mōtis diuerterit: cōſequenter adiū
xit: Tunc venit ieſus cū illis in villā que di-
citur getbſemani. RABA. Lucas dic: In
montem oliueti. Joannes Trans torrentem
cedron. quod idem eſt quod getbſemani: ⁊ ē
locus in quo orauit ad radicem montis oli-
ueti: vbi ortus eſt. vbi etiam eccleſia eſt edifi
cata. HIERO. Betbſemani interpretat
vallis pinguiſſima: in qua iuſſit diſcipulos ſe
dere pauliſper. ⁊ expectare redeūtē: donec ꝓ
cūctis dn̄s ſolus oraret. ORIGE. Nō
enim conueniebat vt ibi caperetur: vbi cum
diſcipulis manducauerat paſcha. conuenie-
bat autem ⁊ priuſqꝫ proderetur orare: ⁊ elige
re locum mundum ad orationem. vnde ſeq-
tur. Et dixit diſcipulis ſuis: ſe. hic do. va. il.
⁊ orem. CHRY. in ho. Hoc autē dicit:
qꝛ diſcipuli indiuiſibiliter ſequebantur chri-
ſtum. Conſuetudo enim ei erat ſine diſcipu-
lis orare: hoc autem faciebat erudiens nos
in orationibus quietem nobis conſtituere ⁊
ſolitudinem querere. DAMA. in li. iij.
Sed cum oratio ſit aſcenſus intellectus ad
deū. vel petitio decētiū a dō: q̄lr dn̄s orabat?
Neqꝫ. n. aſcēſiōe q̄ ad deū ē idigebat itellec-
t⁹ ei⁹ ſemel ſꝫ perſonā deo v̄bo vnit⁹: neqꝫ
. n. ea que a dō ē petitione vnus enī deus ⁊
homo chriſtus eſt. Sed formans in ſeipſo
quod noſtrum eſt: docuit nos a deo patre pe
tere: ⁊ ad ipſum extendi: ſicut enim paſſioneſ
ſuſtinuit vt triumphās nobis aduerſus eas
victoriam tribueret: ita orat: nobis viam fa-
ciens ad eam que ad deum eſt aſcenſionem:
⁊ pro nobis omnem iuſtitiam implens: ⁊ re
concilians nobis patrem ſuum: ⁊ vt princi-
pium ipſum honorans. ⁊ monſtrans qꝛ nō
eſt deo contrarius. REMI. Cum autem
dominus in monte orauit: Docuit nos ī ora-
tione pro celeſtibus dominū ſupplicare. Cū
vero in villa orauit nos inſtruxit vt in oratio
ne ſemper humilitatem ſeruare ſtudeamus:
RABA. Pulchre autem appropinquās
paſſioni: in valle pinguedinis oraſſe dicitur:
vt demonſtraret qꝛ per vallem humilitatis
⁊ pinguedinem charitatis mortem pro no-
bis ſuſceperit. Moraliter etiam nos inſtru-
xit: vt non geſtemus cor aridum a pinguedi
ne charitatis. RABA. Appropinquans
morti dominus in valle pinguedinis orauit:
quia per vallem humilitatis ⁊ pinguedinē
charitatis pro nobis mortem ſubijt. RE-
MI. Quia vero fidē diſcipulorū ⁊ conſtan-
tiam deuote ſibi voluntatis acceperat: ſꝫ tur-
bandos illos ⁊ diſpergendos preſciebat: iō
iuſſit eos in loco ſedere: nam ſedere requie-
ſcentis eſt: laboraturi enim erant eum nega-
turi. Qualiter autem progreſſus ſit maniſe
ſtat: cum ſubiungit Et aſſum. petro ⁊ duob⁹
filijs zebedei: cepit contriſtari ⁊ meſtus eſſe.
Illos vꝫ aſſumpſit quibus in monte clarita-
tem ſue maieſtatis oſtenderat. HILA. Sꝫ
quia dicit: Cepit contriſtari ⁊ meſtus eē: he-
reticorum omnis hic ſenſus eſt: vt opinen-
tur metum mortis in dei filium incidiſſe: qꝛ
aſſerunt non de eternitate prolatum: neqꝫ ḋ
infinitate paterne ſubſtantie extitiſſe: ſed ex
nihilo per eum: qui omnia creauit effectum:
⁊ iō ī eo doloris āxietas: ideo metus mortis:
vt qui mortem timere potuit ⁊ mori poſſit: q
vero mori potuit: lꝫ in futurum erit: nō tamē
per eum qui ſe genuit ex preterito ſit eternus
qꝛ ſi per fidem capaces euangeliorum eſſent
ſcirēt v̄bū ī pricipio deū: ⁊ h̄ ī pricipio apḋ
deū: ⁊ eādē eē eternitatem gignētis ⁊ geniti.
Sed ſi virtutem illam in corrupte ſubſtantie
imbecillitatis ſue forte aſſumptio carnis in-
fecerit: vt ſit ad dolorem infirma: ad mortem
trepida iā ⁊ corruptioni ſubdita erit: ac ſi eter
nitate demutata in metū: hoc quod in ea ē po
terit aliquando non eſſe. Deus autē ſine me
ſura temporum ſemper eſt: ⁊ qualis eſt talis
ſemper eternus eſt. Mori igitur nihil ī deo
potuit: nec ex ſe metus deo vllus ē. HIE-
RO. Nos autem ita dicimus hominem
paſſibilem a dei filio ſuſceptum: vt deitas ī
paſſibilis permaneret. Paſſus ē enim dei fi-
lius non putatiue ſed vere omnia q̄ ſcriptu-

ra teſtat: ſm illud q̄ pati poterat: ſm. ſ. ſub/
ſtātiā aſſūptā. HYLA. io. d' trinitate: Pu
to aūt nō alia hic ad timēdū q̄z paſſiōis ⁊ mor
tis cā a qbuſdā pretēdit. Interrogo aūt eos q
hoc ita exiſtimāt an rōne ſubſiſtat vt mori ti/
muerit: q oēm ab apoſtolis timorē mortis ex
pellēs ad gloriā eos ſit martyrij adhortatus.
qd. n. ipſe i mortis ſacramēto doluiſſe exiſti/
mād⁹ eſt: q pro ſe moriētib⁹ vitā repēdit: De
inde quē dolorē mortis timeret: ptātis ſue li
bertate moriturus: Si etiā paſſio honorifica/
tura eū erat: quō triſtē eū metus paſſiōis effe/
cerat: HYLA. Quia ergo meſtū dn̄m fuiſ
ſe legim⁹ cauſas meſticie repiam⁹. admonue
rat ſupius oēs ſcādalizādos: Petrū ēt dn̄s
ter negaturū eē reſpōdit: aſſumptiſq̄z eo: ⁊ ia
cobo: ⁊ iohāne cepit triſtis eē: ergo nō an̄ tri/
ſtis ē q̄z aſſumit: ſʒ oīs metus illis eē cepit aſ
ſumptis: atq̄z ita nō de ſe orta eſt: ſed de eis
quos aſſumpſerat meſtitudo. HIERO.
Cōtriſtabat ergo dn̄s non timore patiendi q
ad hoc venerat vt pateret ⁊ petrū temeritatis
arguerat: ſed propter īfeliciſſimū Iudā: ⁊ ſcā
dalū omniū apoſtolorū: ⁊ reſurrectionē popu
li iudeoꝝ: ⁊ euerſiōe miſere hieruſalē. DA/
MA. i li. iij. Vel aliter oīa q̄ de nō ente ad
eſſe deducta ſunt a ↄditore: exn̄di naturalr̄ de
ſideriū hn̄t: ⁊ non exiſtere naturalr̄ fugiūt: ⁊
d's igit verbū hō fact⁹ ē habuit hoc deſideriū
qd' deſiderauit eſcā ⁊ potū ⁊ ſōnū: qbus. ſ. cō
ſeruat vita deſiderās: ⁊ naturaliter i experiē/
tia hoꝝ fact⁹: ⁊ ecōtrario deſiderauit corrupti
uorū amotionē. vn̄ ⁊ tpe paſſiōis quā volun/
tarie ſuſtinuit: habuit mortis timorē natura/
lē ⁊ triſticiā: eſt. n. timor naturalis aīa nolens
diuidi a corpore, ppter eā que ex pncipio a cō/
ditore īpoſita ē naturalē familiaritatē. HIE
RO. Dn̄s ergo noſter vt veritatē aſſumpti
pbaret hoīs: vere qdē cōtriſtat⁹ ē: ſed ne paſ/
ſio in animo illius dn̄aret: p paſſionem cepit
cōtriſtari. aliud eſt eni cōtriſtari: ⁊ aliud īcipe
re cōtriſtari. REMI. Deſtruūtur aūt i hoc
loco manichei q dixerūt illū phantaſticū cor/
pus aſſumpſiſſe: nihilomin⁹ ⁊ illi q dixerunt
eū verā aīam nō habuiſſe: ſed loco aīe diuini
tatē. AVGV. in li: lxxxiij. qōnū. Nēm⁹
enim euāgeliſtaꝝ narratiōes: p quas chriſtū
⁊ natū de beata virgine maria cognouim⁹ et
cōprehēſum a iudeis: ⁊ flagellatū ⁊ crucifixū
atq̄z īterfectū ⁊ ſepultū in monumento: q̄ oīa
itelligere ſine corpore nemo pōt ſcā eē: nec fi
gurate accipiēda q̄ſq̄z vel demētiſſimus dixe
rit: cū dcā ſint ab eis q res geſtas vt memine/
rāt narrauerūt. ſic ḡ iſti corp⁹ eū hūiſſe teſtāt:
ſicut ⁊ eū hūiſſe īdicāt aīaʒ affectōes ille que nō
poſſūt eē niſi i aīa: quas nihilominus eiſdem
euāgeliſtis narrantibus legimus: Et mirat⁹
eſt ieſus: ⁊ irat⁹: ⁊ cōtriſtat⁹. AMBRO.
ſuper lucā: Cū ergo i euāgelia iſta referunt
non falſo vtiq̄z referuntur: verū ille hos mo
tus certiſſime diſpēſatiōis gratia ita cū voluit
ſuſcepit animo humano. vt cū voluit fact⁹ eſt
hō: Habemus qdem ⁊ nos huiuſmodi affe/
ctus ex humane conditionis infirmitate: non
autem ita dominus ieſus. cuius īfirmitas fu
it ex ptāte. DAMA. in. iij. li. Qua ppter
naturales noſtre paſſiōes ſm naturā ⁊ ſupra
naturam fuerunt in xp̄o. ſm naturā. n. q2 p/
mittebat carni pati que ppria: ſup naturā āt:
q2 nō pcedebant in eo voluntatem naturalia.
nihil eni coactum in chriſto conſideratur: ſed
omnia voluntaria: volens enim eſuriuit: ti/
muit: ⁊ contriſtatus eſt. Et ideo de manifeſta
tione triſtitie ſubditur. Tunc ait illis: triſtis ē
aīa mea vſq̄z ad mortem. AMBRO. ſup
lucā. Triſtis aūt eſt: non ipſe ſed anima. Nō
enim triſtis ſapientia: non diuina ſubſtantia:
ſed anima. ſuſcepit enim animam meam ſu/
ſcepit corpus meum. HIERO. Non aūt
ppter mortē: ſed vſq̄z ad mortem dicitur con
triſtatus: donec apoſtolos ſua liberet paſſiōe.
Dicant qui irrationabilem ieſum ſumpſiſſe
aīam ſuſpicantur: quō contriſtetur ⁊ nouerit
tempus triſtitie: q̄uis enim ⁊ bruta mereant
animalia: tamen nō nouerūt nec cauſas neq̄z
tempus vſq̄z ad quod debeant contriſtari.
ORIGE. Vel aliter: Triſtis eſt aīa mea
vſq̄z ad mortem. q. d. Triſtitia cepta eſt i me:
non ſemper: ſed vſq̄z ad tempus mortis: vt
cum mortuus fuero peccato: moriar ⁊ vniuer
ſe triſtitie: cuius principium tantū fuit in me.
Sequitur: Suſtinete hic ⁊ vigilate mecum.
ac ſi dicat: Ceteros quidem iuſſi ſedere ibi q̄ſi
infirmiores ab agone iſto ſeruans eos ſecu/
ros: vos autē quaſi firmiores adduxi: vt col/
laboretis mecum in vigilijs ⁊ orationibus: ta
men ⁊ vos manete hic vt vnuſquiſq̄z in gra/
du ſue vocationis conſiſtat quoniam oīs grā
quāuis fuerit magna habet ſuperiorē. HIE
RO. Vel ideo a ſomno prohibet cuius tē/

pus non erat imminente diſcrimine: ſꝫ a ſō-
no infidelitatis ⁊ corpore mentis.

¶ Et progreſſus puſillum: procidit
in faciem ſuam orans ⁊ dicens: Pater
mi: ſi poſſibile eſt trāſeat a me calix iſte.
Verūtamen non ſicut ego volo: ſed ſi-
cut tu. Et venit ad diſcipulos ſuos ⁊ i-
uenit eos dormiētes: ⁊ dicit petro: Sic
non potuiſtis vna hora vigilare mecū?
Vigilate ⁊ orate vt non itretis in tēta
tionem. Spiritus quidem promptus
eſt: caro autem infirma. Iterum ſecun-
do abijt ⁊ orauit dicens. Pater mi: ſi
non poteſt hic calix tranſire niſi bibam
illum fiat voluntas tua. Et venit iterū
⁊ inuenit eos dormientes. Erant enī
oculi eorū grauati: Et relictis illis ite
rum abijt ⁊ orauit tertio eundem ſer-
monem dicens.

ORIGE. Petrū magis de ſe confidentē
⁊ alios adduxit: vt videant cadentem in faciē
⁊ orantem: ⁊ diſcant non magna ſed humi-
lia de ſe ſapere: nec veloces eſſe ad promittē-
dum: ſed ſolliciti ad orandum. ⁊ ideo dicitur:
Et progreſſus puſillum. Nolebat enī longe
fieri ab eis: ſed iuxta eos conſtitutus orare et
qui dixerat: Diſcite a me quia mitis ſuꝫ ⁊ hu
milis corde. laudabiliter ſe humilians cadit i
faciem vnde ſequitur. Procidit in fa. ſuam
orans ⁊ dicens: Mi pater ſi poſſibile eſt: trā
ſeat a me calix iſte. Manifeſtans autem i ora
tione ſua deuotionem quaſi dilectus ⁊ com-
placens diſpoſitioni patris addidit: Verūta-
men non ſicut ego volo: ſed ſicut tu. Docens
vt non oremus fieri noſtram voluntatem ſed
dei. ſm autem ꝙ cepit pauere ⁊ triſtari ſm h
orat calicem paſſionis tranſire: ⁊ nō ſicut ipſe
vult. ſed ſicut pater: hoc eſt non ſm ſubſtan-
tiam eius diuinam ⁊ impaſſibilem: ſed ſꝫ na
turam humanam ⁊ infirmam. ſuſcipiens. n.
naturam carnis humane omnes proprieta-
tes impleuit: vt non in phātaſia habuiſſe car-
nem eſtimaretur: ſed in veritate. Propriū
eſt autem hominis fidelis: primum quidem
nolle pati aliquid doloris maxime quod du-
cit vſqꝫ ad mortem: quia homo carnalis eſt: ſi
autem ſic voluerit deus acquieſcere: quia fide
lis eſt. nam ſicut multum confidere non de-
bemus ne noſtram virtutem videamur profi
teri: ſic diffidere non debemus: ne dei adiuto
ris noſtri impotentiam videamur pronūcia-
re. Notādū eſt aūt qm̄ marcus qdem ⁊ lucas
hoc ipſum ſcripſerunt: Ioānes aūt orantē ie-
ſum: vt tranſiret ab eo calix non īroducit qm̄
hi quidē magis ſm humanam naturam eius
exponūt de eo: qꝫ ſm diuinā: Ioannes autē
magis ſm diuinā. Aliter autē ieſus videns
qualia erant iudei paſſuri petentes eū ad mor
tem dicebat: Pater ſi poſſibile eſt: tranſeat a
me calix iſte. HIERO. Vnde ſignanter
dicit: Calix iſte. hoc eſt populi iudeorum: qui
excuſationem ignorantie habere non poſſunt
ſi me occiderint habentes legem ⁊ pphetas q
me vaticinantur. ORIGE. Rurſus vi-
dens quanta vtilitas totius mundi eſſet futu
ra: per paſſionem ipſius dicebat: Sed non ſi
cut ego volo: ſed ſicut tu. i. ſi poſſibile ē: vt ſi-
ne paſſione mea omnia illa bona proueniant:
que per paſſionem meam ſunt prouētura trā
ſeat paſſio hec a me: vt ⁊ mundus ſaluetur: ⁊
iudei in paſſione mea non pereant. Si autē
ſine perditione quorūdam multorum ſalus ſi
poteſt introduci: qꝫtum ad iuſticiam tuā non
tranſeat. Calicem autem hunc qui bibit: paſ-
ſionis in multis locis nominat ſcriptura. Bi
bit autem calicem totum qui patitur pro teſti-
monio quicquid fuerit ei illatum. Effundit āt
accipiens qui denegat: ne aliquid patiatur.
AVGV. de con. euan. Et ne quis eū pu-
taret patris minuiſſe poteſtatem: nō dixit: Si
facere poteſt ſed Si fieri poteſt. vel ſi poſ-
ſibile eſt: ac ſi diceretur: Si vis: fieri enim po
teſt quod ille voluerit. vnde ⁊ lucas hoc ipm
planius intimauit. non enim ait: Si fieri pōt
ſed ſi vis. HYLA. Vel aliter: Non ait:
Tranſeat a me calix iſte: hec enim eſſet pro ſe
timentis oratio. ꝙ autem vt a ſe tranſeat ro-
gat: non vt ipſe pretereatur orat: ſed vt in al-
terū illud quod ad ſe tranſit accedat. Totus
igitur ſupra eos qui paſſuri erant metus eſt:
atqꝫ ideo pro his orat qui paſſuri poſt ſe erāt
dicēs: Tranſeat calix a me. i. quomodo a me
bibitur: ita ab his bibatur: ſine ſpei diffiden-
tia: ſine ſenſu doloris: ſine metu mortis. Io
autem ait ſi poſſibile eſt: quia carni ⁊ ſangui-
ni horum terror eſt. ⁊ difficile eſt eorum acer-

bitate corpora non vinci humana. Quod au/
tem ait: Non ſicut ego volo: ſed ſicut tu. vel/
let quidem eos non pati: ne forte in paſſione
diffidant ſi coheredìtatis ſue gloriam ſine paſ
ſionis ſue difficultate mereantur. Non ergo
vt non patiantur rogat dicens: Non vt ego
volo: ſed vt tu. ait eo ꝙ pater vult vt bibendi
calicis in eos ex ipſo tranſeat fortitudo: quia
ex voluntate patris non tam per chriſtuz vin
ci diabolum ꝗ̄ etiā per eius diſcipulos opor/
tebat. AVGV. in enchi. Sic igitur chri/
ſtus hominem gerens oſtendit priuatam quā
dam hominis voluntatem: in qua ⁊ ſuam et
noſtram figurauit: qui caput noſtrum eſt: cuz
dicit: Tranſeat a me. Hec enim erat huma/
na voluntas proprium aliquid ⁊ tanq̄z priua/
tum volens: ſed quia rectum vult eſſe homi/
nem ⁊ ad deum dirigi: ſubdit: Verūtamen
non ſicut ego volo: ſed ſicut tu. ac ſi diceret vi
dete: in me quia potes aliquid proprium vel/
le. ⁊ ſi deus aliud velit conceditur hoc huma/
ne fragilitati. hec vox capitis: ſalus eſt totius
corporis. LEO papa in ſer. de paſ. Hec
vox omnes fideles inſtruit. omnes confeſſo/
res accēdit: omnes martyres coronauit. Nā
quis mundi odia: quis tētationum turbines:
quis poſſet perſecutorum ſuperare terrores:
niſi chriſtus in omnibus ⁊ pro omnibus pa/
tri diceret: fiat voluntas tua. Diſcant igitur
hanc vocem omnes eccleſie filij. vt cum ad/
uerſitas violenter alicuius tētationis incum/
bit: ſeparato timore formidinis: accipiant tol/
lerantiam paſſionis. ORIGE. Puſilluz
autem progrediente ieſu ab eis: nec vna hora
potuerunt vigilare eo abſente: propter quod
oremus vt nec modicum aliquando ieſus ꝓ/
grediatur. Sequitur. Et ve. ad diſcipulos ſu
os ⁊ inuenit eos dormientes. CHRY.
in ho. Quia tempus intempeſte noctis erat:
⁊ oculi eorū a triſtitia erāt grauati. HILA.
Poſtq̄z ergo ad diſcipulos redit ⁊ dormien
tes deprehendit: Petrum arguit: vnde ſequi
tur: Et dicit petro: ſic non potuiſti vna hora
vigilare mecum. petrum ideo pre omnibus
ex tribus arguit: quia pre ceteris non ſe ſcan/
dalizandum fuerat gloriatus. CHRY.
in ho. Sed quia ⁊ alij idem dixerunt: omniū
etiam infirmitatem arguit: qui enim mori ſi/
mul cum chriſto elegerant: neq̄z ſimul cuz eo
potuerunt vigilare. ORIGE. Inueniēs
autem eos dormientes ſuſcitat verbo ad au/
diendum: ⁊ precipit vigilare dicens: vigila/
te ⁊ orate ne intretis in tētationem. vt primuz
vigilemus ⁊ ſic vigilantes oremus. Vigilat
qui facit opera bona ⁊ qui ſollicite agit ne ī ali
quod tenebroſum dogma incurrat: ſic enim
vigilantis exauditur oratio. HIERO.
Impoſſibile eſt humanam animam non ten/
tari. Ergo non ait: Vigilate ⁊ ora. ne tente.
ſed ne intretis in tēta. hoc eſt ne vos tentatio
ſuperet. HILA. Cur autem ne in tentatio
nem veniret admonere eos voluiſſet orare:
oſtendit dicens: Spiritus quidem prompt⁹
eſt: caro autem infirma. Non enim de ſe hoc
dicit: ad eos enim hic ſermo conuerſus eſt.
HIERO. Hoc autem eſt aduerſus teme
rarios: qui quod crediderit putant ſe poſſe cō
ſequi. Itaq̄z quantum de ardore mentis confi
dimus: tantum de fragilitate carnis timea/
mus. ORIGE. Hic conſiderandum eſt
vtrum ſicut omnium caro infirma eſt: ſic oī/
um ſpiritus promptus eſt: an omnium quidez
caro infirma eſt non autem ⁊ omnium homi
num ſpiritus promptus eſt: ſed tantum ſan/
ctorum: infidelium autem ſpiritus ſegnis eſt
⁊ caro infirma. Eſt autem ⁊ alio modo caro
infirma eo ſolum quorum ſpiritus prompt⁹
eſt: qui cum ſpiritu prompto opa carnis mor
tificant. Hos ergo vult vigilare ⁊ orare: vt
non intrent in tētationem quoniam qui ſpiri
talior eſt: ſollicitior debet eſſe: ne magnum bo
num ipſius grauem habeat lapſum. RE/
MI. Vel aliter his verbis oſtendit ſe veraz
carnem ex virgine ſumpſiſſe: ⁊ veraz animā
habuiſſe. vn̄ ⁊ nūc dicit ſpūz ſuū ꝓmptū eē ad
patiendum: carnem vero infirmā timere do/
lorem paſſionis. Sequitur: Iterum ſecundo
abijt ⁊ orauit dicens: Pater mi ſi non poteſt
calix iſte tranſire niſi bibam illum: fiat volun
tas tua. ORIGE. Eſtimo ꝙ calix ille paſ
ſionis omnino a ieſu fuerat tranſiturus ſ; cū
differentia: vt ſiquidem biberet eum ⁊ ab ipo
tranſiret: poſtmodum ⁊ ab vniuerſo genere
hominum. Si autem non biberet eū: ab ipſo
qdem forſitan tranſiret: ab hominibus autez
non tranſiret. Nunc ergo calicem paſſionis
volebat qdem a ſe trāſire: ſic vt oīno neq̄z gu
ſtaret amaritudinē ei⁹ ſi tn̄ poſſibile eēt: ꝗ̄tuz
ad iuſticiam dei. Si autem non poterat fie/
ri magis volebat vt ſumeret eum ⁊ ſic trāſi/

vel ab eo ꝛ ab vniuerſo hominum genere: ꝗ
vt contra volūtatē paternā bibitionē ei⁹ effu/
geret. CHRY. in ho. Qḋ ꝗdem ſcḋo vel
tertio orat: ex affectu. ſ. humane infirmitatis
quo mortē timebat: certificat ꝙ vere factus ē
ho. Secūdo. n. vel tertio aliqd fieri veritatis
eſt maxime demonſtratiuum ī ſcripturis. vñ
ioſeph dixit pharaoni: Qḋ vidiſti ſecūdo ad
eādē rē ptinēs: ſomnij firmitatis iudicium ē.
HIERO. Vel aliter: Secundo orat vt ſi
niniue. i. gentilitas aliter ſaluari nō pōt: niſi
aruerit cucurbita. i. iudea fiat voluntas pr̄is:
que non eſt cōtraria filij voluntati dicēte ipſo
p ꝓphetā: vt facerē volūtatem tuā deus me⁹
volui. HYLA. Vel aliter. Paſſuris diſci
pulis omnē in ſe corporis noſtri infirmitateꝫ
aſſumpſit: cruciqꝫ ſecū vniuerſa quibus infir
mamur affixit: ꝛ ideo tranſire ab eo calix non
pōt: niſi illū bibat: qꝛ pati niſi ex ei⁹ paſſione
nō poſſum⁹. HIERO. Chriſtus autē ſo
lus orat ꝓ oībus: ſicut ꝛ ſolus patitur ꝓ vni/
uerſis. Sequitur. n. Et ve. iterum ꝛ inuenit
eos dormi. Erāt enim oculi eoꝝ grauati: lan
gueſcebant eni ꝛ opprimebātur apoſtolorum
oculi negatione vicina. ORIGE. Puto
eni ꝙ nō tantū corpoꝝ oculi quātū animaruꝫ
grauati erāt. nōdū. n. erat eis ſpūs datus. vñ
nō eos reprehendit: ſed vadēs iteruꝫ orauit:
docēs vt nō deficiamus: ſed permaneamus
in oratione: donec impetremus ea ꝙ̄ poſtula/
re iam cepimus. vnde ſequitur: Et relictis il
lis iterū abijt ꝛ orauit tertio: eūdeꝫ ſermoneꝫ
dicēs. HIERO. Tertio aūt orauit: vt in
ore duorum vel trium teſtiū ſtaret oē ꝟbum.
RABA. Vel ideo tribus vicibus domin⁹
orauit: vt nos a pc̄is preteritis veniam: ꝛ pre
ſentibus malis tutelā: ꝛ futuris periculis cau
telā oremus: ꝛ vt oēm orationē ad patrem ꝛ
filium ꝛ ad ſpūmſanctum dirigamus: ꝛ vt in
teger ſpūs noſter ꝛ anima ꝛ corpus ſeruetur.
AVGV. de que. euan. Non abſurde etiā
itelligit̄ ꝓpter trinā tētationē paſſiōis ter dñꝫ
oraſſe. Sicut enim tētatio cupiditatis trina ē.
ita ꝛ tētatio timoris trina eſt. Cupiditati que
ī curioſitate eſt opponitur timor mortis. ſicut
eni in illa cognoſcendaꝝ rerum eſt auiditas
ita ꝛ ī iſta metus amittēde talis noticie. Cu/
piditati vero honoris vel laudis opponitur/
timor ignominie ꝛ contumeliarum. cupidita
ti autē voluptatis opponitur timor doloris.

REMI. Vel ter orat pro apoſtolis. ꝛ maxi
me ꝓ petro q ter erat eum negaturus.
¶ Tunc venit ad diſcipulos ſuos: ꝛ
ait illis: Dormite iam ꝛ requieſcite.
Ecce appropinquauit hora: ꝛ filius ho
minis tradetur in manus peccatorum.
Surgite eamus. Ecce appropinquauit
qui me tradet.
HYLA. Poſt orationē frequētē poſt diſ/
curſus recurſuſqꝫ multiplices metū demit: ſe
curitatē reddit in requiem. adhortatur. vñ di/
citur. Tūc venit ad diſ. ſuos ꝛ ait illis dor. iā
ꝛ requi. CHRY. in ho. Et ꝗdē tūc vigila
re oportebat: ſed hoc dixit: vt oſūderet: qm̄ ne
qꝫ viſum poſſēt ferre futuroꝝ malorū: ꝛ qm̄
eoꝝ non indiget auxilio: qm̄ oīno tradi eum
oportebat. HILA. Vel hoc dic: qꝛ volūta/
tē pr̄is de diſcipulis iā ſecur⁹ expectabat de ꝙ̄
dixerat: Fiat volūtas tua: q̄. ſ. tranſituruꝫ in
nos calicē bibēs infirmitatē corporis nr̄i: ꝛ ti
moris ſollicitudinem ꝛ ipſum dolorē mortis
abſorbuit. ORIGE. Vel non eſt ille ipſe
ſomnus: queꝫ iubet nūc diſcipulos ſuos dor
mire: ꝛ ille q eis ſuperius ſcribit̄ cōtigiſſe. Il
lic enim dormientes inuenit: nō regeſcētes ſꝫ
grauatos oculos habētes: nūc aūt ꝑcepit eis
nō ſimpliciter dormire: ſed cū requie: vt ordo
ſeruet̄: vt pmū ꝗdē vigilem⁹ orātes vt n̄ itre/
mus in tētationē: vt poſtea dormiam⁹ ꝛ rege
ſcamus: vt cū aliqs inuenerit locū dño: taber
naculū deo iacob: aſcendat ſupra lectū ſtratus
ſui ꝛ det ſomnū oculis ſuis: Forſitan auteꝫ ꝛ
aīa non potens ſemper ſufferre labores: qua
ſi incarnata remiſſiones aliquas ſine repꝛehē
ſione conſequet̄: que moralit̄ dormitiōes di/
cūt̄: vt vſqꝫ aliquātū tēporis habēs remiſſio/
nē renouata reſuſcitet̄. HYLA. Qḋ auteꝫ
ad eos reuertēs dormiētesqꝫ reperiēs pmuꝫ
reuerſus obiurgat: ſecūdo ſilet: tertio quieſce
re iubet: rō iſta ē: ꝙ primū poſt reſurrectiōeꝫ
diſperſos eos: ꝛ diffidentes ac trepidos rep/
hendit: ſecūdo miſſo ſpū paraclito: grauatos
ad cōtuendam euangelij libertatem oculos vi
ſitauit: nam aliquandiu legis amore detenti:
quodam fidei ſomno occupati ſunt. tertio ve
ro. i. claritatis ſue reditu ſecuritati eos quie/
tiqꝫ reſtituet. ORIGE. Poſtqꝫ auteꝫ re
ſuſcitauit eos a ſomno: vidēs in ſpū appro/
pinquantem iudam traditorem: qui nondum

videbat a diſcipulis et⁹ dicit: Ecce appropi. hora ⁊ filius homi. tradet i manus peccatoꝝ. CHRY. in ho. Per hoc aũt qd dicit: Appropinquauit hora: oñdit qm̃ diuine diſpoſitiõis. erat qd gerebat. per hoc aũt qd dicit in manus peccatorũ demoſtrat: qm̃ illoꝝ nequitie hoc opus erat: nõ ꝙ ipſe delicto eẽt obnoxius. ORIGE. Sed ⁊ nũc in man⁹ peccatorũ traditur ieſus: quãdo hi qui videntur ieſum credere habẽt eũ in manibus ſuis: cum ſint peccatores. Sed quotiẽſcũq; iuſtus hñs in ſe ieſum in ptãte fact⁹ fuerit pctõrum: Jeſus ẽ traditus in man⁹ pcõrũ. HIERO. Poſtq̃ ergo tertio orauerat: ⁊ apoſtolorum timorẽ ſequente pnia ipetrauerat corrigendũ. ſecurus de paſſiõe ſua pergit ad pſecutores: ⁊ vltro ſe ad iterficiendũ prebet. vnde ſequit Surgite eamus. q. d. Nõ vos inueniãt quaſi timẽtes: vltro pergam⁹ ad mortẽ: vt cõfidẽtiã ⁊ gaudiũ paſſuri videant. Sequitur eniz. Ecce appropinquauit q me tradet. ORIGE. Nõ dicit appropinquauit mihi: nec. n. ipſi appropinquabat traditor eius q ſe elõgauerat peccatis ſuis ab eo. AVGV. de conſe. euan. Videt aũt hic ſermo ẽm mattheum ſibiipſi eſſe cõtrarius. Q̃uõ. n. dixit. Dormite iã ⁊ requieſcite: eũ cõnectat. Surgite eam⁹ qua velut repugnãtia qdaz cõmoti conantur ita pnũciare qd dictũ eſt: Dormite iã ⁊ requieſcite tãq̃ ab exprobrante: nõ a permittẽte ſit dictum: qd recte fieret ſi eſſet neceſſe. Cuz vo marcus ita cõmemorauerit: vt cum dixiſſet: Dormite iã ⁊ requieſcite. adiungeret: Sufficit. ⁊ deinde inferret: Venit hora: Ecce traditur filius hominis. vtiq; itelligit poſt illd qd eis dictum eſt. Dormite iã ⁊ requieſcite: ſiluiſſe dominum aliquantum: vt hoc fieret qd promiſerat: ⁊ nunc intuliſſe. Ecce appropinquauit hora. Propter quod ẽm marcum poſitum eſt. Sufficit. ideſt ꝙ iam requiſcitis.

¶ Adhuc eo loquẽte: ecce iudas vn⁹ de duodecim venit: ⁊ cũ eo turba multa cum gladijs ⁊ fuſtibus miſſi a principibus ſacerdotum ⁊ ſenioribus populi Qui autem tradidit eum dedit illis ſignum dicens: Quẽcũq; oſculatus fuero ipſe eſt tenete eum. Et cõfeſtim accedens ad ieſum dixit: Aue rabbi. Et oſculatus eſt eum. Dixitq; illis ieſus: Amice ad quid veniſti? Tunc acceſſerunt ⁊ manus miſerunt in ieſum ⁊ tenuerunt eum.

GLO. Quia ſuperius dictũ eſt ꝙ dñs vltro ſe pſecutoribus exhibebat: conſequenter euãgeliſta oſtẽdit quõ ſit a pſecutoribus detentus vñ dicit: Adhuc eo loquẽte ecce iudas vnus de duodecim venit. REMI. Vnus vz numero: nõ merito. Hoc aũt dixit ad oſtẽdendum in mane facinus illius q de apoſtolica dignitate factus fuerat ꝓditor. Sequit. Et cum eo turba multa cũ gladijs ⁊ fuſtibus. Vt autem oſtenderet euãgeliſta inuidẽtie cã illũ depreheñſum ſubiungit: Miſſi a princi. ſacer. ⁊ ſenio. populi. ORIGE. Poteſt dicere aliquis qm̃ ꝓpter multitudinẽ eoꝝ q iam crediderant multi venerũt aduerſus euz timentes ne multitudo credẽtiũ de manibus eoꝝ tollerent eũ: Ego eſtimo etiam alterã cãz: qm̃ qui putabant in beelzebub eijcere ſolere demonia arbitrabãtur eũ ex qbuſdã maleficijs poſſe effugere de medio volẽtiũ eũ tenere. Multi etiã nũc ſpiritalibus gladijs militant cõtra ieſum varijs. ſ. ⁊ diuerſis de deo dogmatibus: Sequit: Qui aũt tradi. eũ dedit eis ſignũ dicens: Quẽcũq; oſculatus fuero: ipſe ẽ tenete eum. Dignũ eſt ãt q̃rere cum ẽm faciẽ notus eẽt oĩb⁹ habitantibus in iudea q̃re q̃ſi nõ cognoſcẽtibus effigiẽ ei⁹ dedit eis ſignũ? Venit autẽ traditio talis de eo ad nos: quoniam non ſolum due forme in eo fuerũt: vna ẽm quã eum omnes videbant: altera ẽ quã transfiguratus eſt coram diſcipulis in monte: ſed etiam vnicuiq; apparebat ẽ ꝙ fuerat dignus. ſicut ⁊ de manna ſcriptum eſt: ꝙ habebat ſaporem ad omnem vſum conuenientem: ⁊ verbum dei non ſimiliter cunctis apparet. Propter huiuſmodi ergo transfigurationes eius ſigno indigebant. CHRY. in ho. Vel ideo ſignum eis dedit: quia multotiens detentus ab ipſis pertranſijt neſcientibus eis: quod ⁊ tunc factum eſſet: ſi ipſe voluiſſet. Sequitur: Et confeſtim accedens ad ieſum dixit. Aue rabbi. ⁊ oſculatus eſt eum. RABA. Suſcipit dominus oſculum traditoris: non ꝙ ſimulare nos doceat: ſed ne ꝓditionem fugere videatur. ORIGE. Si autem aliquis querat Cur oſculo iudas tra

didit ieſum? ſm quoſdam quidem voluit re/
uerentiam ad magiſtrum ſeruare: nõ audẽs
manifeſte in eum irruere. ſm alios autẽ hoc
fecit: timens ne ſi forte ſe manifeſtũ aduerſa/
rium prebuiſſet: ipſe ei fieret cã euaſionis: cũ
poſſet ſm opinionem eius effugere: ⁊ facere
ſe iperuium. Ego autem puto ꝙ omnes pro
ditores veritatis amare veritatẽ fingentes:
oſculi ſigno vtuntur. Omnes etiam heretici
ſicut ⁊ iudas ieſu dicunt Rabbi: Jeſus autẽ
placabilia reſpondet. vnde ſequitur: Dixitq̃
illi ieſus. Amice ad quid veniſti? Dicit autẽ
amice improperans ſimulationem: hoc enĩ
nomine neminem bonorum in ſcripturis co
gnoſcimus appellatum. ad malum enĩ dicit:
Amice quomodo huc intraſti? Amice non fa
cio tibi iniuriam. AVGV. in ſer. do. de
paſ. Dicit autem. Ad quid veniſti? tãq̃ ſi di/
ceret: oſcularis ⁊ inſidiaris: noui quare vene
ris: amicum fingis: cum proditor ſis. RE/
MI. Siue Amice ad quid veniſti? hoc fac:
ſubintelligitur. Sequitur: tunc acceſſerunt ⁊
manus iniecerunt in ieſum ⁊ tenuerunt eũ.
Tunc. ſ. quando ipſe permiſit. frequẽter enĩ
voluerunt. ſed non potuerunt. RABA.
Exulta chriſtiane in cõmertio inimicorũ tuo/
rum viciſti: quod iudas vendidit: ⁊ quod iu/
deus emit tu acquiſiuiſti.

**Et ecce vnus ex his qui erant cũ
ieſu extendens manum exemit gladiũ
ſuum ⁊ percutiens ſeruum principis ſa
cerdotum amputauit auriculam eius:
Tunc ait illi ieſus. Conuerte gladiũ
tuum in locum ſuum. Omnes enĩ qui
acceperint gladium: gladio peribunt.
An putas quia non poſſum rogare pa
trem meum: ⁊ exhibebit mihi mõ plus
q̃ duodecim legiones angelorũ? Quõ
ergo implebuntur ſcripture? Quia ſic
oportet fieri.**

CHRY. in ho. Sicut lucas refert: domi/
nus in cena diſcipulis dixerat: Qui hẽt ſac/
culum tollat ſimiliter ⁊ peram: ⁊ qui nõ habẽ
vendat tunicam ſuam ⁊ emat gladium. ⁊ di/
ſcipuli reſpõderũt: Ecce gladij duo hic. Cõ/
ueniens autem erat illic gladios eſſe propter
agnũ. ſ. paſchalem quem comederant. Au/
dientes quoq̃ quoniam venirent perſecuto/
res ad chriſtum capiendum: a cena exeuntes
gladios ſumpſerunt in auxilium aduerſus
perſecutores: quaſi pro magiſtro preliaturi.
vnde ⁊ hic dicitur: Et ecce vnus ex his qui
erant cum ieſu extendens manum exemit gla
dium ſuum. HIERO. In alio euange/
lio ſcriptum eſt: ꝙ petrus hoc fecerit eodem
ardore quo ⁊ cetera fecit. vnde ſequitur: Et ꝑ
cutiens ſer. prin. ſacer. ampu. auriculam ei⁹.
Seruus principis ſacerdotum malchus ap/
pellatur: auricula quoq̃ que amputatur dex/
tera eſt. tranſitorie oſtendendum eſt ꝙ mal/
chus idest rex quondam populus iudeorum
ſeruus factus eſt impietatis ⁊ deuorationis
ſacerdotum. Dextramq̃ perdidit auriculã:
vt littere veritatem audiat in ſiniſtram.
ORIGE. Nam ſi videntur legem audi/
re: modo cum ſiniſtro auditu audiunt vmbrã
traditionis de lege: non veritatem. Popu/
lus autem ex gentibus ſignificatus per pe/
trum per hoc ipſum quod crediderunt i chri/
ſtum: facti ſunt cauſa vt precideretur iudeo/
rum auditio dextera. RABA. Uel petrus
non tollit audientibus intelligendi ſenſum:
ſed diuino ablato iudicio negligentibus pan
dit: verum eadem dextera auris in his qui ex
eodem populo crediderunt diuina pietate pri
ſtino reſtituta eſt officio. HYLA. Uel ali/
ter. Seruo principis ſacerdotum auricula ab
apoſtolo deſecatur. populo ſcilicet ſacerdotio
ſeruienti per chriſti diſcipulum inobediens
auditus exciditur: ⁊ ad capacitatem veritatis
hoc quod erat non audiens amputatur.
LEO papa in ſer. de paſ. Dominus autẽ
zelantis apoſtoli pium motum progredi vl/
tra non patitur. vnde ſequitur: Tunc ait illi
ieſus. Conuerte gladium tuum in locum ſu/
um. Contra ſacramentum enim erat redem/
ptionis noſtre: vt qui mori pro omnibus ve/
nerat: capi nollet. Dat ergo in ſe furentibus
licentiam ſeuiendi: ne dilato glorioſe crucis
triumpho: ⁊ dominatio diabolica fieret lon/
gior: ⁊ captiuitas humana diuturnior. RA/
BA. Oportuit etiam vt actor gratie fideles
patientiam ſuo exemplo doceret: ⁊ potius ad
ſuſtinendum fortiter aduerſa inſtrueret: q̃
ad vindicandum prouocaret. CHRY.

in ho. Ad hoc autem vt diſcipulo perſuaderetur comminationē addit dicens: Omnes enim qui acceperint gladium gladio peribūt. AVGV. contra fauſtum: Ideſt omnis q̄ vſus fuerit gladio: Ille autem vtitur gladio qui nulla ſuperioritate aut legitima poteſtate vel iubente vel concedente in ſanguinem alicuius armatur. Nam vtiq̄ dominus iuſſerat vt ferrum diſcipuli eius ferrent: ſed non iuſſerat vt ferirent. Quid ergo indignum ſi petrus poſt hoc peccatum factus eſt paſtor eccleſie: ſicut moyſes poſt percuſſum egyptum factus eſt rector et princeps ſynagoge? Vterq̄ enim non deteſtabili immanitate: ſed emendabili aīoſitate regulam exceſſit: vterq̄ odio improbitatis aliene: ſed ille fraterno: iſte dominico licet adhuc carnali: tamen amore peccauit. HYLA. Sed non omnibus gladio vtentibus mors ſolet eſſe per gladium. nam plures aut febris aut alius accidens caſus abſumit qui gladio aut iudicij officio aut reſiſtendi latronibus neceſſitate ſunt vſi.

Et ſi ſm ſententiam eius omnis gladio vtēs gladio perimeretur: recte ad necem eorū gladius eximebatur qui eodem vtebantur ad facinus. HIERO. Quo ergo gladio peribit quicunq̄ gladium ſumpſerit? Illo nempe qui igneus vertitur ante paradiſum: et gladio ſpiritus qui in dei deſcribitur armatura. HYLA. Recondi ergo gladium precipit dominus: quia eos nō humano: ſed oris ſui gladio eſſet perempturus. REMIGIVS. Vel aliter: Qui gladio vtitur ad occidendum hominem ipſe ſue prius malicie moritur gladio. GHRY. in homi. Non ſolum autem mitigauit diſcipulos per comminationem pene: ſed etiam oſtendendo q̄ volūtarie hoc ſuſtinebat. vnde ſequitur: An putas quia non poſſum rogare patrem meum: et exhibebit mihi modo plus q̄ duodecim legiones angelorum? Quia multa humane infirmitatis oſtenderat: non videretur credibilia dicere: ſi dixiſſet q̄ eos perdere poſſet. Et ideo dicit. An putas quia non poſſum.

HIERO. Quaſi diceret: Non indigeo duodecim apoſtolorum auxilio: etiam ſi omnes me defenderent: qui poſſum habere duodecim legiones angelici exercitus. Vna legio apud veteres ſex milibus hominum cōplebatur. de. xij. ergo legionibus. lxxij. milia angelorum fiunt in quot gentes hominū lingua diuiſa eſt. ORIGE. Ex hoc autem demonſtratur: quoniam ſm ſimilitudinem legionum milicie mundialis: ſunt et angelorum legiones milicie celeſtis militantiū contra legiones demonum. milicia enī omnis propter aduerſarios intelligitur conſtituta. Non autem quaſi indigens auxilio angelorum hoc dicebat: ſed ſm eſtimationem petri volentis ei auxilium ferre. Magis enī angelici opus habent auxilio vnigeniti filij dei q̄ ipſe illorum. REMIGIVS. Poſſumus etiam intelligere per angelos romanorum exercitum. cum Tyto enim et Veſpeſiano omnes lingue aduerſus iudeam ſurrexerunt: et impletum eſt: Quia pugnabit pro eo orbis terrarum contra inſenſatos.

CHRY. in homelia. Non ſolum autem per hoc timorem diſcipulorum euacuat: ſed etiam per hoc q̄ ſcripturas in medium introducit dicens: Quomodo ergo implebuntur ſcripture: quia ſic oportet fieri. HIERO. Hec ſententia promptum ad patiendum demonſtrat animum: q̄ fruſtra prophete cecinerint: niſi dominus eos vera dixiſſe ſua paſſione aſſeueraret.

¶ In illa hora dixit ieſus turbis: Tanq̄ ad latronem exiſtis cum gladijs et fuſtibus comprehendere me. Quotidie apud vos ſedebam docens in templo: et non me tenuiſtis. Hoc autem totum factum eſt vt adimplerentur ſcripture prophetarum. Tunc diſcipuli omnes relicto eo fugerunt. At illi tenentes ieſum duxerunt eum ad caypham principem ſacerdotum: vbi ſcribe et ſeniores conuenerant. Petrus autem ſequebatur eum a longe: vſq̄ in atrium principis ſacerdotum. Et ingreſſus intro: ſedebat cum miniſtris vt videret finem.

ORIGE. Poſtq̄ dixit petro: Reconde
gladium tuum qđ eſt patientie: poſtq̄ et auri
culam reſtituit amputataʒ ſicut alter dicit euā
geliſta: quod ſumme benignitatis inditiuʒ fue
rat ⁊ diuie virtutis: ſubditur: In illa hora di
xit ieſus turbis: vt ſi preterita beneficia nō re
cordant vel preſentia recognoſcant: Tanq̄
ad latronē exiſtis cū gladijs ⁊ fuſtibus com/
prehendere me: REMI. Ac ſi diceret: La
tronis officiuʒ eſt nocere ⁊ latitare: ego vero
nemini nocui: ſed plures ſanaui: ⁊ in ſynago
gis ſemper docui. Et hoc eſt quod ſubditur:
Quotidie apud vos ſedebam in templo do/
cens ⁊ nō me tenuiſtis. HIERO. Quaſi
diceret: Stultū eſt eū cū gladijs ⁊ fuſtibꝰ que
rere qui vltro ſe veſtris tradet manibus: ⁊ in
nocte quaſi latitantē per proditorem inueſti/
gare q̄ quotidie in tēplo doceat. CHRY.
in homi. Ideo autem eum in templo non te/
nuerunt: quia non auſi erant propter turbaʒ:
propter quod ⁊ dominus foras exiuit: vt ex
loco, ⁊ tempore daret eis aptitudineʒ ſe capiē
di. Ex hoc ergo docet: q̄m niſi voluntarius
permiſiſſet: nequaq̄ eum capere valuiſſent.
Deinde euangeliſta queſtionem ſoluit: pro/
pter quid dominus capi voluit: cum ſubdit:
Hoc autem totum factum eſt vt adimpleren
tur ſcripture prophetarum. HIERO.
Foderunt manus meas ⁊ pedes meos. Et
alibi. Sicut ouis ad victimam ductus eſt. Et
in alio loco. Ab iniquitatibus populi mei du
ctus eſt ad mortem. REMI. Quia eni oēs
prophete predixerunt chriſti paſſionem: ideo
non poſuit fixum teſtimonium: ſed generali/
ter dicit impleri vaticinia omnium propheta
rum. CHRY. in homi. Diſcipuli auteʒ q
quando detentus eſt dominus permanſerūt:
quando hec locutus eſt ad turbas: fugerunt.
vnde ſequitur: Tunc diſcipuli omnes relicto
eo fugerunt. ſciebant enim quoniam iam nō
erat poſſibile effugere eo ſe volūtarie illis tra
dente. REMI. In hoc tamen facto demon
ſtratur fragilitas apoſtolorum: qui enim de
ardore fidei promiſerant ſe mori cum eo: nūc
timore fugiunt immemores ſue promiſſionis:
quod etiam videmus impleri in his qui pro
amore dei magna ſe promittunt facturos: et
poſtmodum non implent: non tamen deſpe
rare debent: ſed cum apoſtolis reſurgere: ⁊ p
penitentiam reſipiſcere. RABA. Myſti/
ce autem ſicut petrus qui culpam negationis
penitentie lachrymis abluit: recuperationem
eorum oſtendit: qui in martyrio labuntur: ita
ceteri diſcipuli fugientes: cautelam fugiendi
docent eos qui ſe minus idoneos ad tolleran
da ſupplicia ſentiunt. Sequitur. At illi tenen
tes ieſum duxerunt ad cayphan principem
ſacerdotum. AVGV. de con. euan. Sed
tamen primo ad annam ductus eſt ſocerum
cayphe ſicut ioannes dicit: Ductus eſt auteʒ
ligatus cum adeſſent in illa turba tribunus ⁊
cohors. vt ioannes commemorat. HIE/
O. Refert autem ioſephus iſtuʒ cayphā
vnius tantum anni pontificatum precio re/
demiſſe: cum tamen moyſes deo iubente, pre
ceperit: vt pontifices patribus ſuccederent: ⁊
generationis in ſacerdotibus ſeries texeret.
non ergo mirum eſt ſi iniquus pontifex ini/
qua iudicet. RABA. Conuenit etiam no/
men actioni caypha: ideſt inueſtigator vel ſa/
gax ad implendam ſuam nequitiam vel vo/
mens ore. quia impudens fuit ad proferēdū
mendacium: ⁊ ad perpetrandum homicidiū.
Ideo autem illuc eum adduxerunt vt cuʒ cō/
ſilio omnia facerent. Unde ſequitur: Ubi
ſcribe ⁊ phariſei ⁊ ſeniores conuenerant.
ORIGE. Ubi cayphas eſt princeps ſa/
cerdotum illic congregantur ſcribe ideſt litte
rati: qui preſunt littere occidenti: ⁊ ſeniores
non in veritate: ſed in vetuſtate littere. Se/
quitur: Petrus autem ſequebatur eum a lō/
ge. Non enim poterat de proximo euʒ ſequi:
ſed de lōginquo: nec tamen omnino recedēs
ab eo. CHRY. in ho. Multus enim erat
feruor petri: qui cum alios fugientes vidiſ/
ſet: non fugit: ſed ſtetit ⁊ intrauit. Si autem
⁊ ioannes intrauit: tamen notus erat princi/
pi ſacerdotum. Longe autem ſequebatur: q̄a
erat dominum negaturus. REMI. Neq̄
enim negare potuiſſet ſi domino proximus
adheſiſſet. Per hoc etiam ſignificatur q̄ pe/
trus dominum ad paſſionem euntem erat ſe/
cuturus ideſt imitaturus. AVGV. de cō/
cor. euan. Significatur etiam eccleſiam ſecu/
turam quidem: hoc eſt imitaturam paſſiones
domini: ſed longe differenter. eccleſia eni pro
ſe patitur: at illi pro eccleſia. Sequitur: Et in
greſſus intro ſedebat cū miniſtris vt videret fi

ne. HIERO. Vel amore diſcipli: vl' hu/
mana curioſitate ſcire cupiebat quid iudicaret
de dño pontifex: vtrum eũ neci addiceret: an
flagellis ceſſum dimitteret.

¶ Principes autem ſacerdotum: ⁊
omne conſilium querebant falſum te
ſtimonium contra ieſum: vt eũ morti
traderent: ⁊ non inuenerunt: cum mul
ti falſi teſtes acceſſiſſent. Nouiſſime
autem venerunt duo falſi teſtes ⁊ dixe
runt: Hic dixit: Poſſum deſtruere
templum dei: ⁊ poſt triduum reedifica
re illud. Et ſurgens pꝛiceps ſacerdo
tum ait illi: Nihil reſpondes ad ea
que iſti aduerſum te teſtificantur? Je
ſus autem tacebat. Et pꝛiceps ſacerdo
tum ait illi. Adiuro te per deum vi
uum: vt dicas nobis ſi tu es chꝛiſtus
filius dei. Dixit illi ieſus: Tu dixiſti.
Verũtamen dico vobis: ammodo vi
debitis filiũ hominis ſedentem a dex
tris virtutis dei: ⁊ venientem in nubi
bus celi. Tunc princeps ſacerdotum
ſcidit veſtimenta ſua dicẽs: Blaſphe
mauit. Quid adhuc egemus teſtib⁹?
Ecce nũc audiſtis blaſphemiã. Quid
vobis videtur? At illi reſpondentes
dixerunt: Reus eſt moꝛtis. Tunc ex
puerunt in faciem eius: ⁊ colaphis euꝫ
ceciderunt. alij autem palmas in facieꝫ
eius dederũt dicentes: pꝛophetiza no
bis chꝛiſte quis eſt qui te percuſſit.

CHRY. in home. Congregatis pꝛincipi
bus ſacerdotum: ⁊ tota peſtilentie conuenti/
cula: volebant ſuis inſidijs iudicij foꝛmã im
ponere. vnde dicitur. Principes autem ſa/
cerdotum ⁊ omne conſilium querebant fal/
ſum teſtimonium contra ieſum vt euꝫ moꝛti
traderent. Sed ꝙ fictum erat iudicium ⁊ om
nia tumultus ⁊ turbationis plena: manifeſta
tur per hoc quod ſubditur. Et non inuene/
runt cum multi falſi teſtes acceſſiſſẽt. ORI
GE. Falſa enim teſtimonia tunc locuꝫ ha/
bent: quando cum coloꝛe aliquo pꝛoferũtur.
Sed nec coloꝛ inueniebatur qui poſſet contra
ieſum adiuuare mendacia: quãuis eſſẽt mul
ti gratiam tribuere volentes pꝛincipibus ſa
cerdotum: quod maximã laudem exhibet ie/
ſu: qui ſic omnia irrepꝛehenſibiliter dixit ⁊
fecit: vt nullam veriſimilitudinem inuenirẽt
in eo repꝛehenſionis ⁊ mali ⁊ multi aſtuti.
Sequitur: Nouiſſime autem venerunt duo
falſi teſtes ⁊ dixerunt. hic dixit: poſſum de/
ſtruere templum dei: ⁊ poſt triduum reedifi
care illud. HIERO. Quomodo autẽ fal
ſi teſtes ſunt ſi ea dicunt que dominum dixiſ
ſe legimus? Sed falſus teſtis eſt qui nõ eo
dem ſenſu dicta intelligit: quo dicuntur. do
minus enim dixerat de templo coꝛpoꝛis ſui:
ſed in ipſis verbis calumniantur: vt paucis
additis vel mutatis quaſi iuſtam calumniaꝫ
faciant. Saluatoꝛ dixerat: Soluite templum
hoc. iſti commutant ⁊ aiunt: Poſſum dſtrue
re templum dei. Vos inquit ſoluite: nõ ego
q: illicitum eſt vt nobiſipſis inferamus ma/
nus. deinde illi vertunt: Et poſt triduum re
edificare illud: vt pꝛopꝛie de templo iudaico
dixiſſe videretur. dominus aũt vt oſtẽderet
animale ⁊ ſpirans templum dixerat: Et ego
in triduo ſuſcitabo illud. aliud eſt edificare:
aliud ſuſcitare. CHRY. in home. Sꝫ qua
re non attulerunt in medium accuſationem
de ſolutione ſabbati? quia multotiens eos ſu
per hoc confutauerat. HIERO. Jra au/
tem preceps ⁊ impatiens non inueniens ca
lumnie locum: excutit de ſolio pontificem:
vt veſaniam mentis motu coꝛpoꝛis demon/
ſtraret. vnde ſequitur. Et ſurgens pꝛinceps
ſacerdotum ait illi. Nihil reſpondens ad ea
que iſti aduerſum te teſtificãtur? CHRY.
in ho. Hoc autem dixit volens ab eo inexcu/
ſabilem reſponſionem elicere: vt ex ipſa euꝫ
capiat. Jnutilis autem erat excuſationis re/
ſponſio: nullo eam exaudiente. Et ideo ſeq
tur: Jeſus autem tacebat. Etenim ſolum fi/
gura iudicij ibi erat: in veritate autem latro/
num erat incurſus ſicut in ſpelũca. ⁊ ideo ſi/
let. ORIGE. Ex hoc autem loco diſca/
mus contemnere calumniantium ⁊ falſoꝛuꝫ
teſtium voces: vt nec reſponſione dignos
eos habeamus qui non conuenientia dicũt
aduerſus nos: maxime vbi maius eſt libere
⁊ foꝛtiter ſilere: ꝙꝫ defendere ſine vllo pꝛofe
ctu. HIERO. Siebat enim quaſi deus

quicquid dixiſſet torquendum ad calũniam. Quanto ergo ieſus magis tacebat ad indi/gnos reſponſione ſua falſos teſtes ⁊ ſacer/dotes impios: tantomagis pontifex furore ſuperatus eũ ad reſpondenduꝫ prouocat: vt ex qualibet occaſione ſermonis locũ inueniat accuſandi. vnde ſequitur: Et princeps ſacer dotũ ait illi: Adiuro te per deum viuũ vt di. nõ ſi tu es chriſtus filius dei. ORIGE. In lege quidem adiurandi vſum aliquotiẽs inuenimus. Eſtimo aũt quoniã nõ oportet vt vir qui vult ſꝫm euangeliũ viuere adiuret alterũ. Si eniꝫ iurare nõ licet: nec adiurare: ſed ⁊ qui reſpicit ieſuꝫ iperantẽ demonibus ⁊ poteſtatẽ dantẽ diſcipulis ſuper demonia: dicet ꝙ ſꝫm poteſtatem datã a ſaluatore non ẽ adiurare demonia. Princeps autẽ ſacerdo tum peccatum faciebat inſidiãs ieſu: ⁊ ideo imitabatur proprium patrem: qui bis dubie interrogauit ſaluatorẽ. Si tu ex chriſtus fili⁹ dei. vnde quis recte dicere poteſt quoniã du bitare de filio dei vtrum ipſe ſit chriſt⁹: opus diaboli eſt. Non decebat autem dominũ ad adiurationẽ principis reſpondere ſacerdotũ quaſi vim paſſum: propter quod nec denega uit ſe filium dei eſſe: nec manifeſte confeſſus eſt. vnde ſequitur: Dicit illi ieſus: tu dixiſti. Non enim erat dignus chriſti doctrina: pro pterea non eum docet: ſed verbum oris eius accipiens: in redargutionẽ ipſi⁹ conuertit. Sequitur. Verũtamẽ dico vo. ammo. vide. filium homi. ſedentẽ a dex. vir. dei. Videtur mihi quoniã firmitatẽ quãdã regalem ſignifi cat ſeſſio filij hominis. iuxta virtutẽ ergo dei qui ſolus eſt virtus: fundatus eſt qui acce/pit omnẽ poteſtatẽ a patre ſicut in celo ⁊ i ter ra. Erit aũt qſi hãc fundationẽ videbunt ẽt aduerſarij ꝙ a tempore diſpenſationis ince/pit impleri. Viderunt eniꝫ eius diſcipuli eũ reſurgentem a mortuis: ⁊ per hoc viderunt eũ fundatũ ad dexteram virtutis. Vel quia ſꝫm longitudinem ſempiternam que ẽ apud deũ a cõſtitutione mũdi vſqꝫ ad finẽ ẽ vnus dies. Nihil ergo mirũ ꝙ hic dicit ſaluator. Ammodo ſpaciũ eſt breuiſſimũ vſqꝫ a fineꝫ oſtendens: ⁊ nõ ſolũ ſedentẽ eum ad dexterã virtutis viſuros prophetabat: ſed etiaꝫ ve/nientem in nubibus celi vnde ſequit̄: Et ve ni. in nubibus celi. He nubes ſunt prophe te ⁊ apoſtoli chriſti quibus mandat pluere cũ oportet: ⁊ ſunt nubes celi non tranſeuntes: quaſi portantes imaginem celeſtis: ⁊ digne ſunt vt ſint ſedes dei quaſi heredes dei ⁊ co heredes chriſti. HIERO. Pontificẽ aũt quẽ de ſolio ſacerdotali furor excuſſerat: ea/dem rabies ad ſcindendas veſtes prouocat. vnde ſequitur: Tunc princeps ſacerdotum ſcidit veſtimẽta ſua dicens: Blaſphemauit. Conſuetudinis enim iudaice eſt: ꝙ cum ali/quid blaſphemũ ⁊ quaſi contra deum audie rint: ſcindant veſtimenta ſua. CHRY. in homi. Hoc igitur fecit vt accuſationem red deret grauiorem: ⁊ quod verbis dicebat: fcis extolleret. HIERO. Per hoc aũt ꝙ ſci/dit veſtimenta ſua: oſtendit iudeos ſacer/dotalem gloriam perdidiſſe: ⁊ vacuam ſedeꝫ habere pontificis. Dum enim veſtem ſibi di ſcidit: ipſum quo tegebatur velamentum le/gis abrupit. CHRY. in ho. Cum ergo ſcidiſſet veſtimenta ſua: non fert ſententiam a ſeipſo ſed ab alijs eam exquirit dicens: Quid vobis videtur: Sicut in confeſſis pec catis ⁊ blaſphemia manifeſta fieri ſolet: ⁊ qſi cogens ⁊ violentiam inferens ad ſententiaꝫ proferendam preuenit auditorem dicens: Quid adhuc egemus teſtibus: Ecce nunc audi. blaſphemiam. Que autẽ fuit illa blaſ/phemia? Etenim ante eis ꝯgregatis dixerat: Dixit dominus domino meo: ſede a dex/tris meis: ⁊ interpretatus eſt eis ⁊ ſiluerunt nec de cetero contradixerunt: qualiter ergo nunc quod dictum eſt blaſphemiam vocat? Sequitur: At illi reſpondentes dixerunt: Reus eſt mortis. Ipſi accuſantes: ipſi diſcu/tientes: ipſi ſententiam proferentes. ORI GE. Quantum putas fuit erroris: ipſam principalem omniũ vitã reã mortis ꝓnun/ciare: ⁊ per tantoꝝ reſurgentiũ teſtimonia ñ reſpicere fontem vite de quo in omnes re/ſurgentes vita fluebat. CHRY. in ho. Vt autem venationem inuenientes ita ſuam demonſtrabant hebrietatem: ⁊ inſania fere/bantur. Sequitur: Tunc expue. in fa. eius: ⁊ cola: eum ceciderunt. HIERO. Vt com pleretur quod dictum eſt: Dedi maxillam meam alapis: ⁊ faciem meaꝫ non auerti a cõ fuſione ſputoꝝ. Seqtur: Alij autem pal. in in faci. eius dede. dicen. Prophetiza no. chriſte: qui eſt qui te percuſſit. GLO. In contumeliam ei hoc dicitur: qui ſe prophetaꝫ

haberi voluit a populis. HIERO. Stultum aūt erat verberantibus reſpōdere ⁊ prophetare cedentem: cū palā percutiētis inſania videretur. CHRY. in ho. Attēde autem ꝙ euangeliſta cū ſumma diligentia ea q̄ vī eē exprobrauiſſima exponit: nihil occultās aut verecundans ſed gloriam exiſtimās maximā: dominatorem orbis terrarū pro nobis talia ſuſtinere. Hoc autem legamus continue: hoc noſtre menti inſcribamus ⁊ in his gloriemur. AVGV. de q̄. euā. Quod autem dictum eſt: Expuerunt in faciem eius: ſignificauit eos qui preſentiam gratie eius reſpuunt. Item tanq̄ colaphis eum cedunt: qui ei honores ſuos preferunt. Palmas in faciem eius dant: qui perfida cecati: cum nō veniſſe affirmant: tanq̄ preſentiam eius exterminantes ⁊ repellentes.

¶ Petrus vero ſedebat foris ī atrio: ⁊ acceſſit ad eum vna ancilla dicens: Et tu cum ieſu galileo eras. At ille negauit coram omnibus dicens: Neſcio quid dicis. Exeunte autem illo ianuam: vidit eum alia ancilla: ⁊ ait his qui erant ibi: Et hic erat cum ieſu nazareno. Et iterum negauit cum iuramento: quia non noui hominem. Et poſt puſillum acceſſerunt qui ſtabant ⁊ dixerunt petro: Uere tu ex illis es. Nam ⁊ loquella tua manifeſtum te facit. Tunc cepit deteſtari ⁊ iurare: q̄ non nouiſſet hominem. Et continuo gallus cātauit. Et recordatus ē petrus verbi ieſu quod dixerat: priuſq̄ā gallus cātet ter me negabis. Et egreſſus foras fleuit amare.

AVGV. de cō. euā. Inter predictas dn̄i cōtumelias trina negatio petri facta ē. quam non omnes euangeliſte eodem ordine narrāt. Lucas enim explicat prius tentationem petri: nūc demū contumelias domini. Sed mattheus ⁊ marcus eas primo cōmemorāt: ⁊ deinde petri tentationē. Sic enim hic ſequitur. Petrus vero ſedebat foris in atrio. HIERO. Foris ſedebat vt videret exitum rei: ⁊ non appropinquabat ieſu: ne miniſtris aliqua ſuſpicio naſceretur. CHRY. i ho. Et q̄ detētū magiſtrū vidit ſolū: ita efferbuit vt gladiū euaginauerit: ⁊ auriculam abſciderit: q̄n̄do cōtumelias chriſti audiuit negator efficitur: ⁊ vilis puelle minas nō ſuſtinet. Seq̄t eni: Et acceſſit ad eū vna ancilla dicēs: Et tu cū ieſu gali. eras. RABA. Quid ſibi vult q̄ prima eū prodit ancilla cū viri magis eū potuerit recognoſcere: niſi ꝙ iſte ſexus peccare in nece domini videretur: ⁊ eius paſſione redimeretur. Seqt: At ille negauit coram oībus dicēs: Neſcio qd dicis. Palā corā oībus negauit: q̄ ſe manifeſtare expauit qd dicebat ſe neſcire: reſpondit q̄ pro ſaluatore adhuc mori noluit. LEO. papa i ſer. de paſ. Ob hoc aūt ſicut apparet heſitare pmiſſus ē: vt in eccleſie principe remedium penitētie cōderet: ⁊ nemo auderet de ſua virtute cōfidere: quādo mutabilitatis piculū: nec beatus petrus potuiſſet euadere. CHRY. i ho. Nō ſolū aūt ſemel ſꝫ ⁊ ſecūdo ⁊ tertio negat in breui tp̄e. vnde ſeq̄tur. Exeunte aūt eo ianuā: vidit eum alia ācilla ⁊ ait his q erāt ibi: Et hic erat cum ieſu nazareno. AVGV. de cō euā. Intelligit āt ꝙ poſtq̄ exijt foras cū iā ſemel negaſſet: gallus cantauit primū qd marcus dicit. CHRY. i ho. Ut oſtendat ꝙ neq̄ vox galli eum a negatione detinuit. neq̄ in memoriam ſue promiſſionis reduxit. AVGV. de cōcor. euā. Non autem foris ante ianuam iterum negauit: ſed cum rediſſet ad focum: neq̄.n. iam exierat ⁊ foris eū vidit altera ancilla: ſed cum exiret eum vidit ideſt cum ſurgeret ⁊ exiret animaduertit: ⁊ dixit his qui erant ibi. i. qui ſimul aderāt ad ignē i atrio: Et h erat cū ieſu nazareno. Ille aūt q foris exierat: hoc audito regreſſus ē: vt ſe q̄ſi purgaret negādo. Uel qd ē credibilius: non audiuit quod de eo dictū fuerat cum foras exiret: ⁊ poſteaq̄ rediit ꝙ dictum eſt ei quod lucas commemorat. Sequitur: Et iterū negauit cum iuramento: q̄ non noui hominem. HIERO. Scio quoſdam pio affectu erga apoſtolum petrum locum hunc ita interpretatos: vt dicerent petrum hominem negaſſe: non deum: ⁊ eſſe ſenſum: Neſcio hominem quia ſcio deum: Hoc q̄ friuolū ſit: prudēs

ſector intelligit. ſi. n. iſte nō negauit: ergo mē
titus eſt dominus qui dixerat: Ter me ne-
gabis. RABA. In hac autem negatione
petri dicimus non ſolum abnegare chriſtum
qui dicit eum non eſſe chriſtum: ſed qui cū
ſit: negat ſe eſſe chriſtianū. AVGV. de cō.
euan. Nūc iam de tertia negatione īſpicia-
musꝰ. Sequitur enim: Et poſt puſil. acceſ. qui
ſta. et dixe. petro: Vere et tu ex illis es. Lu
cas āt dixit: Interuallo facto quaſi hore vniꝰ
et vt eum conuincant: conſequenter adiun-
gunt. Nam et loquela tua manifeſtum te fa-
cit. HIERO. Non quo alterius ſermōis
eſſet petrus aut gentis externe: oēs quippe
hebrei erāt et qui arguebant: et qui argueba-
tur: ſed quo vnaqueq; prouincia et regio ha-
beat proprietates ſuas et vernaculum loquē-
di ſonum vitare non poſſit. REMI. Vi-
de aūt q̄ʒ ſint noxia prauorum hoīum collo-
quia: ipſa quippe coegerunt petrum nega-
re dominū: quē prius cōfeſſus fuerat eē dei
filium. Sequitur enim. Tunc cepit deteſtari
et iurare: q: nō nouiſſet hoīeʒ. RABA. No
ta q: primū ait: Neſcio quid dicis. Secun-
do cum iuramento negat. tertio q: cepit dete
ſtari et iurare: quia non nouit hoīem: Perſe
uerare quippe in peccato dat īcrementuʒ ſce
lerum: et ꝗ minima ſpernit: cadit in maiora.
REMI. Spiritualiter āt per hoc ꝙ petrus
ante primū galli cantum negauit: illi deſignā
tur qui ante chriſti reſurrectionē nō credebāt
eū eſſe deū eius morte turbati. Per hoc autē
ꝙ pꝰ galli cātū negauit: illi deſignātur qui in
vtrāq; domini naturā: et ſm deū: et ſʒ homi
nem errant. Per primā aūt ancillā deſigna-
tur cupiditas: per ſecundam carnalis dele-
ctatio: per illos qui aſtabant: demones intel
liguntur. his. n. trahūt hoīes ad xp̄i negatio
nē. ORIGE. Vel ꝑ primā ancillā intelli
gitur ſynagoga iudeoꝝ qui frequenter com
pulerunt denegare fideles: per ſecūdā cōgre
gatio gentium: qui et perſecuti ſunt chriſtia-
nos: ꝑ tertios ſtātes ī atrio: miniſtri hereſuʒ
diuerſarum. AVGV. de que. euā. Ter ēt
petrus negauit. nā et error hereticorum de
chriſto tribus generibus terminatur. Aut
enim ex diuinitate: aut de humanitate: aut d̄
vtroq; fallūtur. RABA. Poſt tertiā au
tem negatōem ſeqtur galli cantus. et hoc eſt
quod ſubditur: Et conti. gallus cantauit.

Per quē doctor eccleſie ītelligit̄ ꝗ ſomnolen
tos īcrepās ait: Euigilate iuſti et nolite pecca-
re. Solet aūt ſacra ſcriptura ſepe meritū cāꝝ
ꝑ ſtatū deſignare temporū. vnde petrꝰ ꝗ me
dia nocte negauit: ad galli cātū penituit. vn-
de ſequit̄: Et recordatꝰ ē petrus verbi ieſu
qđ dixerat. Priuſq̄ʒ gallus cantet: ter me ne
gabis. HIERO. In alio euangelio legi-
mus: ꝙ poſt negationem petri et galli cantū:
reſpexit ſaluator petrū: et intuitu ſuo eū ad
amaras lachrymas prouocauit. non enim fie
ri poterat vt in negationis tenebris perma-
neret: que lux perſpexerat mūdi. vnde et hic
ſequitur: Et egreſſus foras fleuit amare. In
atrio eni cayphe ſedēs nō poterat agere pe-
nitētiā. vnde foras egreditur de impioꝝ cō-
ſilio: vt pauide negatōis ſordes amaris fleti
bus lauet. LEO. papa felices et apoſtole ſā
cte lachryme tue: que ad diluendā culpā ne-
gatōis: virtutem ſacri hūere baptiſmatis.
Affuit enim dextra domini ieſu chriſti: que
labētē te priuſq̄ʒ deijcereris exciperet: et firmi
tatē ſtandi in ipſo cadēdi periculo recepiſti:
cito itaq; ad ſoliditatem rediit petra tanq̄ʒ re
cipiens fortitudinē: vt qui tūc in chriſti ex-
pauerat paſſione: ī ſuo poſt ſupplicio non ti
meret: ſed conſtans permaneret.

.xxvij. capi.

MAne autem facto conſi-
lium inierūt oēs pricipes
ſacerdotū et ſeniores popu
li aduerſus ieſū: vt eū morti
traderēt. Et victum ad
duxerūt eū: et tradiderūt pontio pilato
preſidi. Tūc vidēs iudas qui eū tradi
dit ꝙ dānatus eēt: penitētia ductꝰ ret
tulit trigita argenteos pricipibꝰ ſacer
dotū et ſenioribus dicēs. Peccaui: tra
dens ſanguinem iuſtum: At illi dixe
rūt: Quid ad nos? Tu videris. et ꝓie
ctis argenteis ī templo receſſit et abiēs
laqueo ſe ſuſpendit.
AVGV. de con. euan. Contexuerat ſu-
perius euangeliſta narrationem in his que
cum domino acta ſunt vſq; ad mane. Sed

poſtea rediit ad narrandum petri negatõnē:
qua terminata rediit ad mane: vt inde cetera
cõtexeret. Et hoc eſt quod dicitur: Mane
autem facto conſilium inierunt omnes prin
cipes ſacerdotum ⁊ ſeniores populi aduer/
ſus ieſū: vt eū morte traderēt. ORIGE.
Putantes per mortem extinguere eius do/
ctrinam ⁊ fidem apud eos qui crediderunt i
eum quaſi in filium dei. Talia autem contra
eum conſiliantes: alligauerunt ieſum ſoluē
tem a vinculis. vnde ſequitur: Et vinctum
adduxerunt eum: ⁊ tradiderunt pontio pila/
to preſidi. HIERO. Vide ſollicitudinē
ſacerdotū in malū. tota nocte vigilarunt vt
homicidium facerent: ⁊ vinctum tradiderūt
pilato. Habebant .n. hunc morem: vt quem
adiudicaſſent morti: ligatum iudici traderēt.
RABA. Attamen notandum q̄ nō tunc
primū ligauerunt: ſed mox cõprehenſum in
horto vt ioannes declarat. CHRY. i ho.
Ideo aūt eum non occulte interfecerunt: q̄
volebant eius glorie detrāhere multi eni ꝫ eū
admirabātur: ⁊ propter hoc ſtuduerunt pu/
blice ⁊ coram hominibus eum occidere: ⁊ id̄
ad preſidem eum duxerunt. HIERO.
Videns autem iudas dominū adiudicatum
morti: precium retulit ſacerdotibus: quaſi i
poteſtate ſua eſſet perſecutorum mutare ſen/
tētiā. vnde ſequitur: Tunc videns iudas q̄
tradidit eum q̄ damnatus eſſet: penitentia
ductus: retulit triginta argenteos principi/
bus ſacerdotum ⁊ ſenioribus populi dicēs:
Peccaui: tradens ſanguinem iuſtū. ORI
GE. Reſpondeant mihi qui de naturis q̄ſ
dam fabulas introducunt: vnde eſt q̄ iudas
cognoſcens peccatū ſuū dixit: Peccaui: tra/
dens ſanguinem iuſtum: niſi ex bona plan/
tatione mentis ⁊ ſeminatione virtutis que
ſeminata eſt in omni rationabili anima: quā
non coluit iudas: ⁊ ideo cecidit in tale pecca/
tum. Si autem nature pereuntis eſt aliquis
hominum: magis huius nature fuit iudas:
Et ſiquidem poſt reſurrectionē chriſti hoc di
xiſſet iudas: forſitā erat dicendum quoniam
cõpulit eū penitere de peccato ipſa virt⁹ re/
ſurrectionis. Nunc autem videns eū tradi/
tum eſſe pilato penituit: forſitā recordat⁹ que
frequenter ieſus dixerat de ſua reſurrectiõe
futura. Forſitan ⁊ ſathanas qui ingreſſus i
eū fuerat: preſto fuit ei donec ieſus traderet

pilato: poſtq̄ʒ autem fecit quod voluit receſ/
ſit ab eo: quo recedente penitentiam capere
potuit. Sed quō vidit iudas quoniā condē/
natus eſt: nondū .n. a pilato fuerat interroga
tus. forſitā dicet aliquis q̄m cõſideratõe men
tis ſue vidit exitum rei ex eo quod traditum
aſperit. Alius autem dicet: q̄m qđ ſcriptum
eſt. Videns iudas q̄ cõdēnatus eſt. ad ip/
ſum iudā refertur: tunc enim ſenſit malum
ſuū ⁊ intellexit ſe condemnatum. LEO pa
pa. Dicendo tamē Peccaui tradens ſāgui/
nem iuſtum in impietatis ſue perfidia perſti
tit: qui ieſum non dei filium: ſed noſtre tan/
tūmodo cõditionis hoīnē ēt inter extrēa mor
tis ſue picula credidit: cui⁹ flexiſſet miſericor
diā ſi ei⁹ oipotētiā nō negaſſet. CHRY.
in ho. Vide aūt quoniā penitentiam agit q̄ñ
cõpletū ē ⁊ finē accepit peccatū. Non enim
permittit diabolus eos qui nō vigilāt videre
malum anteq̄ʒ perficiant. Sequitur. At illi
dixerunt: Quid ad nos: tu videris. RE/
MI. Ac ſi dicant: Quid ad nos pertinet ſi
iuſtus eſt: tu videris. i. opus tuum quale ſit
manifeſtabitur: Quidam autem cõiunctim
voluerunt legere hec verba vt ſit ſenſus cu/
ius eſtimationis deputaris apud nos: q̄ eum
quē tradidiſti: iuſtum confiteris. ORI/
GE. Recedente aūt ab aliquo diabolo: ob/
ſeruat iterum tempus. ⁊ poſtq̄ʒ cognouerit ⁊
ad ſecundum peccatū induxerit: obſeruat etiā
tertie deceptionis locū. Sicut ille qui primo
vxorem p̄ris habuit: de hoc malo poſtea pe/
nituit. Sed poſtea diabolus voluit hanc ip/
ſam triſtitiā exaggerare: vt ipſa triſtitia abun
dantior facta abſorberet triſtantē. Simile ali
quid factū eſt in iuda. poſtq̄ʒ eni penituit nō
ſeruauit cor ſuū: ſed ſuſcepit abundantiorem
triſtitiam a diabolo ſibi ſubmiſſam: q̄ voluit
eum abſorbere. vnde ſequitur: Et abiens la
queo ſe ſuſpendit. Si autem locum peniten
tie requiſiſſet: ⁊ tēpus penitētie obſeruaſſet:
forſitan inueniſſet eum qui dixit: Nolo mor
tem peccatoris. Vel forte eſtimauit preueni/
re magiſtrum moriturum: ⁊ occurrere ei cū
anima nuda: vt confitens ⁊ deprecans miſe/
ricordiam mereretur: nec vidit quia non cõ/
uenit ſeruum dei ſeipſum expellere de hac
vita ſed expectare dei iudicium. RABA.
Suſpendit āt ſe laqueo vt ſe oſtenderet celo
terreq̄ʒ perosum. AVGV. de q̄ nouo ⁊ ve/

ke. teſta. Sed occupatis principibus ſacer-
dotum ad necem domini a mane vſqꝫ ad
horam nonam: quomodo iudas eis retuliſ-
ſe precium ſāguinis: quod acceperat ante cru
cē domini probatur: ⁊ dixiſſe illiſ in templo:
peccaui qꝛ tradiderim ſanguinem iuſtuꝫ: cuꝫ
cōſtet omnes principes ⁊ ſeniores ante paſ-
ſionem domini nō fuiſſe in templo? Quip-
pe cū in cruce poſito inſultarent ei. Nec enī
inde poteſt probari: qꝛ ante paſſionē domini
relatum eſt cum ſint multa q̄ ante facta ꝓbā
tur ⁊ nouiſſima ordināť. Sꝫ ne forte pꝰ horā
nonā factū ſit: ut vidēs iudas occiſū ſaluato
rem: ⁊ ob hoc velum templi ſciſſū: terrā tre-
muiſſe: ſaxa fixa: elementa conterrita ipſo me
tu conceptus doluerit. Sed poſt horā nonaꝫ
occupati erant vt exiſtimo ſeniores ⁊ princi-
pes ſacerdotum ad celebrationem paſche.
Sabbato aūt ſcḋm legem nō licet nūmos por-
tare: ac per hoc non eſt probabile apud me
quo die imo empore laqueo vitam finierit
iudas.

¶ Principes autem ſacerdotum ac-
ceptis argenteis dixerunt: Non licet
eos mittere in corbonam: quia preciuꝫ
ſanguinis eſt. Conſilio autem inito:
emerunt ex illis agrum figuli i ſepultu
ram peregrinorum: propter hoc voca
tus ē ager ille acheldemach: hoc ē ager
ſanguinis: vſqꝫ in hodiernum diem.
Tunc impletum eſt quod dictum eſt
per hieremiā prophetam dicentē: Et
acceperunt triginta argenteos preciuꝫ
appreciati quē appreciauerunt a filijs
iſrael ⁊ dederunt eos in agrū figuli: ſi
cut cōſtituit mihi dominus.

CHRY. in ho. qꝛ principes ſacerdotū no
uerant qꝛ occiſionem emerant a propria con-
ſcientia cōdēnati fuerunt. ⁊ ad hoc oſtenden
dum ſubdit euangeliſta. Principes autem
ſacerdotum acceptis argenteis dixerūt. Nō
licet eos mittere in corbonam: qꝛ preciū ſan-
guinis eſt. HIERO. Vere calicem liquā
tes ⁊ camelū glutientes. ſi enim ideo nō mit-
tunt pecuniam in corbonam: hoc eſt i gazo-
philatium ⁊ dona dei. qꝛ precium ſanguinis
eſt: cur ipſe ſanguis effunditur? ORI-
GE. Videbant aūt quoniam circa mortuos
magis eā pecuniā couueniebat expendi. quia
precium ſanguinis erat. Sed qꝛ ⁊ inter loca
mortuoꝝ ſunt differentie: vſi ſunt precio ſan
guinis ieſu ad ꝯparationē agri figuli alicuiꝰ
vt in eo paternis. vnde ſequitur: Conſilio
aūt inito emerunt ex illis agrū figuli i ſepul-
turam peregrinoruꝫ. AVGV. i ſer. ḋ ce.
do. Prouidentia aūt dei factū puto vt preciū
ſaluatoris non peccatoribꝰ ſumptū prebeat:
ſed peregrinis requiē ſubminiſtret: vt iā ex-
inde chriſtus ⁊ viuos ſanguinis ſui paſſione
redimat: ⁊ mortuos precioſa paſſione ſuſci-
piat. Precio ergo dominici ſanguinis ager
figuli comparatur. Legimus in ſcripturiſ qꝛ
totius generis humani ſalus redēpta ſit ſan
guine ſaluatoris. Ager ergo iſte mundus h
totus eſt. Figulus autem qui mundi poſſit
habere dominatum: ipſe eſt qui vaſcula cor-
poris noſtri fecit de limo. Iſtius itaqꝫ figuli
ager chriſti ſanguine emptus eſt: peregrinis
inqꝫ qui ſine domo patria ⁊ toto orbe exules
iactabantur: requies chriſti ſanguine proui-
detur. Iſtos aūt peregrinos eſſe dicimus de
uotiſſimos chriſtianos: qui renunciantes ſe-
culo: nihil poſſidentes in mundo: i chriſti ſā
guine requieſcunt. Sepultura enim chriſti ni
hil aliud eſt qꝫ requies chriſtiani. Cōſepulti
enim ſumus: ſicut ait apoſtolus cum illo per
baptiſmū in morte. Nos ergo peregrini in
hoc mundo ſumus ⁊ tāqꝫ hoſpites in hac lu-
ce verſamur. HIERO. Qui ēt peregri
ni eramus a lege ⁊ prophetis praua iudeoꝝ
ſtudia ſuſcepimus in ſalutē. ORIGE.
Vel peregrinos dicimus qui vſqꝫ ad fineꝫ
extranei ſunt a deo: nam iuſti cōſepulti ſunt
chriſto in monumento nouo quod exciſum ē
in petra. Qui autem alieni ſunt a deo vſqꝫ
ad finem ſepulti ſunt in agro figuli compara
tis lutum: qui precio ſanguinis eſt cōparatꝰ
⁊ ager ſanguinis nominatur. vnde ſequiť.
Propter hoc vocatus eſt ager ille achelde-
mach: hoc eſt ager ſanguinis vſqꝫ i hodier-
nam diem. GLO. Quod referendum eſt
ad tempus quo euangeliſta hoc ſcripſit. dein
de ꝯfirmat idem prophetico teſtimonio di-
cens. Tunc impletum eſt quod dictum eſt ꝑ
hieremiam prophetam dicentem: Et accepe-

runt triginta argenteos precium appreciati
quem appreciauerunt a filijs iſrael: ⁊ dederūt
eos in agrum figuli: ſicut conſtituit mihi do/
minus. HIERO. Hoc in hieremia peni
tus non inuenitur: ſed in zacharia qui penul
timus eſt duodecim prophetarum quedam ſi
militudo refertur: ⁊ q̄q̄ ſenſus non multū
diſcrepet: tamē ordo ⁊ verba diuerſa ſunt.
AVGV. de cō. euan. Siquis ergo putat
ideo fidei euangeliſte aliquid derogandū: pri
mo nouerit non omnes codices euangeliorū
habere: ꝙ per hieremiam dictum ſit: ſed tan
tūmodo per prophetam. Mihi autem hec nō
placet defenſio. quia ⁊ plures codices habēt
hieremie nomen ⁊ antiquiores ⁊ nulli fuit
cauſa cur adderetur hoc nomen: ⁊ mendoſi/
tas fieret. Cur autem tolleretur fuit vtiqꝫ cā
vt hoc audax imperitia faceret: predicta que/
ſtione turbata. Potuit āt fieri vt aīo matthei
euāgeliū ſcribētis pro zacharia hieremias oc
curreret: vt fieri ſolet quod tamen ſine vlla
dubitatione emēdaret ſaltē ab his admoni/
tus: qui ipſo adhuc in carne viuēte hec lege/
re potuerunt: niſi cogitaret recordationis ſue
que ſpiritu ſancto regebatur: non occurriſſe
aliud pro alio nomē prophete: niſi qꝛ domi/
nus hoc ita ſcribi conſtituit. Cur aūt conſti/
tuerit: prima cauſa eſt: qꝛ ſic inſinuat ita oēs
prophetas vno ſpiritu locutos: mirabili iter
ſe cōſenſione conſtare: vt hoc multo ampliꝰ
ſit: q̄ſi oīum verba prophetarum vno viniꝰ
hois ore demōſtrent: ⁊ iō indubitanter acci/
pi debent quecūqꝫ per eos ſpiritusſanctus di
xit: ⁊ ſingula eſſe oīum: ⁊ oīa ſingulorū. Si
enim hodie quiſqꝫ volens alicuius verba iu
dicare: dicat nomen alterius a quo dicta ſūt:
qui tamen ſit amiciſſimus illius cuius verba
dicere voluit: ⁊ continuo recordatus aliū ꝓ
alio ſe dixiſſe ita ſe corrigat: vt tamen dicat:
bene dixi: nihil aliud intuens niſi inter am/
bos eſſe cōcordiam: quāto magis de ꝓphe/
tis ſanctis hoc cōmēdādū fuit. Eſt etiam alia
cauſa cur hoc nomen hieremie in teſtimonio
zacharie ſit manere permiſſum: vel potꝰ ſan
cti ſpiritus auctoritate preceptum ſit: Eſt apud
hieremiā: ꝙ emerit agrum a filio fratris ſui:
⁊ dederit ei argentū: nō quidē ſub hoc nomi
ne precij: quod poſitum ē apud zachariā tri/
ginta argenteis. ꝙ aūt prophetiā de triginta
argenteis ad hoc interpretatus ſit euangeli/
ſta: quod modo de domino cōpletū ē: mani/
feſtum eſt. ſed ad hoc pertinere etiam illud ꝺ
agro empto: quod hieremias dicit: hic poteſt
myſtice ſignificari: vt non hic zacharie no/
men poneretur qui dixit: triginta argenteis:
ſꝫ hieremie q dixit de agro ēpto: vt lecto euā
gelio atqꝫ īuēto noīe hieremie lecto autē hiere
mia: ⁊ nō inuēto teſtimonio de triginta argē
teis: inuento tamē agro empto admoneatur
lector vtrunqꝫ cōferre: ⁊ inde ſenſum enu/
cleare prophetie: quomodo pertineat ad hoc
quod in domino completum eſt. Nam illud
quod ſubiecit huic teſtimonio Mattheus
cum ait: Quē appreciauerunt a filijs iſrael:
⁊ dederunt eos in agrum Figuli ſicut con/
ſtituit mihi dominus: nec apud zachariam:
nec apud hieremiam reperitur. Vnde ma/
gis ex perſona euangeliſte accipiendum eſt:
⁊ myſtice inſertum: quia hoc ex domini reue
latione cognouerit: ad hanc rem que ꝺ chri/
ſti precio facta eſt huiuſmodi pertinere pro
phetiam. HIERO. de optimo genere in/
terpretandi: Abſit ergo de pediſſequo chri/
ſti ꝙ poſſit argui de falſo: cui cura fuit non
verba ⁊ ſyllabas aucupari: ſed ſententias
dogmatum ponere. CHRY. in ho. Legi
nuper in quodam hebraico volumie: quod
nazaree ſecte mihi hebreus contulit hiere/
mie apochryphum: in quo hoc ad verbū ſcri
ptum reperi: ſed tamen mihi videtur magis
de zacharia ſumptum teſtimonium euangeli
ſtarum ⁊ apoſtolorum more vulgato: quo
verborum ordine pretermiſſo: ſenſus ta/
men de veteri teſtamento proferunt exem
plum.

¶ Jeſus autem ſtetit ante preſidem
⁊ interrogauit eum preſes dicens: Tu
es rex iudeorum? Dicit illi ieſus: Tu
dicis. Et cum accuſaretur a princip
bus ſacerdotum ⁊ ſenioribus: nihil re
ſpondit. Tunc dicit illi pilatus: Non
audis quanta aduerſum te dicunt te
ſtimonia? Et non reſpōdit ei ad vllū
verbum: ita vt miraretur preſes vehe/

menter.
AVGV. de con. euan. Finitis his que
Matheus de iuda preditore interpoſuit ad
ordinem narrationis reuertitur dicens: Je/
ſus autem ſtetit ante preſidem. ORIGE.
Judex. totius creature cõſtitutus a patre: vi
de quantum ſe humiliauit: vt acquieſceret ſta
re ante iudicem tunc terre iudee: ⁊ interroga
tus eſt interrogationem quã forſitã deridẽs
aut dubitans pilatus interrogat. vnde ſequi/
tur: Et interrogauit eum preſes dicens Tu
es rex iudeorum? CHRY. in ho. Jd pila/
tus interrogat: quod aduerſarij contra ipſuꝫ
continue reuoluebant. Quia enim ſciebant
pilatum nullam curam facientem legaliũ: ad
publicas accuſatiões rẽ ducũt. ORIGE.
Vel pronunciatiue hoc dixit pilatus. vnde
⁊ alibi ſcripſit in titulo: Rex iudeorum.
Principi autem ſacerdotum reſpondens:
Tu dixiſti: oblique arguit eius dubitationeꝫ
Pilati vero ſententiam confirmat pronunci
antis. vnde ſequitur: Dicit ei ieſus: Tu di/
cis. CHRY. in ho. Cõfeſſus ẽ ſe eſſe re/
gem: ſed celeſtem: vt in alio euangelio mani/
feſtius legitur. Regnum inquit meum non
eſt de hoc mundo: vt neqꝫ iudei neqꝫ pilatus
excuſationẽ habeant: huic accuſationi inſiſtẽ
tes. HYLA. Vel interroganti pontifici:
an ipſe eſſet ieſus chriſtus dixerat: Tu dixi/
ſti: quia ſemper futurum chriſtum ex lege ip
ſe dixiſſet: huic vero legis ignaro interrogã/
ti an ipſe eſſet rex iudeorum dicitur: Tu di/
cis: qꝛ ꝑ fidẽ preſentis cõfeſſionis ſalus gẽ/
tiũ eſt. HIERO. Attende aũt ꝙ pilato q̃ i
uitus promebat ſententiam aliqua ex parte
reſpondit: ſacerdotibus autem ⁊ principibꝰ
ſacerdotum reſpondere noluit: idignos eos
ſuo ſermone iudicans. vnde ſequitur: Et cũ
accu. a princi. ſacer. ⁊ ſenio. nihil reſpondit.
AVGV. de con. euan. Lucas aũt ipſa cri
mina que accuſantes obiecerũt aperuit: dicit
enim: Ceperunt illum accuſare dicentes:
Hunc inuenimus ſubuertentem gentẽ no/
ſtram ⁊ prohibentem tributa dari ceſari: ⁊ di
centem ſe chriſtum regem eſſe. Nihil autem
intereſt ad veritatem quo ordine iſta rettule/
rint: ſicut nihil intereſt ſi alius aliud tacet qḋ
alius cõmemorat. ORIGE. Accuſatus
autem ieſus ſicut tunc illis nihil reſpõdit: ſic
nec ⁊ modo. non ſit enim eis verbum dei: ſi
cut aliquando fuerat ad prophetas: ſed neqꝫ
dignum erat vt pilato interroganti reſpõde/
ret: qui non habebat permanens ⁊ firmum ḋ
chriſto iudicium ſed ad cõtraria trahebatur,
vnde ſequitur: Tunc dicit ei pilatus: Non
audis quãta aduerſum te dicunt ſtimonia.
HIERO. Bentilis quidem ẽ qui cõtem
nit ieſum: ſed cauſam refert in populũ iudeo
rum. CHRY. i ho. Jdeo autem hoc dice
bat qꝛ volebat eũ liberare: dum ſe excuſando
reſponderet. Sequitur. Et non reſpõ. ei. ad
vl. verbum: ita vt mira. preſes vehementer.
Qua enim multas habentes demonſtratio/
nes ex ipſis rebus: virtutis ⁊ manſuetudinĩs
eius ⁊ humilitatis. tamẽ i ipſuꝫ idignabant:
⁊ peruerſo iudicio agebantur contra ipſum:
propter hoc nihil reſpondet. ⁊ ſi aliquando re
ſpondet: breuia quidem dicit: ne continua ta
citurnitate pertinacie opinio de ipſo accipia/
tur. HIERO. Vel ideo ieſus nihil reſpõ
dere voluit: ne crimen diluens dimitteretur
a preſide ⁊ crucis vtilitas differret. ORI/
GE. Miratus eſt aũt preſes conſtantiã eꝰ:
forſitã ſciens ꝙ idoneus eſſet pronunciare
crimen: ⁊ tamen videbat eum in tranquilla ⁊
quieta ſapientia ⁊ grauitate non turbabili ſta
re: ſed ⁊ vehementer miratur. Dignum eni
ei videbatur magno miraculo vt exhibitus xp̃s
ad criminale iudicium: imperturbabilis ſta/
ret ante mortem: que apud omnes hoies ter/
ribilis eſtimatur.
¶ Per diem autem ſolennem con
ſueuerat preſes populo dimittere vnũ
vinctum queꝫ voluiſſet. Habebat au
tem tunc vnum vinctum inſignem qui
dicebatur barrabas. Congregatis er
go illis dixit pilatus: Quem vultis
dimittam vobis? barrabam an ieſum
qui dicitur chriſtus? Sciebat enim ꝙ
per inuidiam tradidiſſent eum. Sedẽ
te autem illo pro tribunali miſit ad eũ
vxor eius dicens: Nihil tibi ⁊ iuſto il
li. Multa enim paſſa ſum hodie per
viſum propter eum. Principes auteꝫ
ſacerdotum ⁊ ſeniores perſuaſerũt po

pulis vt peterent barrabam: ieſum ve
ro perderent. Reſpondens autē pre
ſes ait illis: Quē vultis vobis de duo
bus dimitti? At illi dixerunt: Barra
bam. Dicit illis pilatus: Quid igitur
faciā de ieſu qui dicitur chriſtus? Di
cunt omnes: Crucifigatur. Ait illis
preſes: Quid enim mali fecit? At illi
magis clamabant dicentes: Crucifiga
tur. Uidens autem pilatus q nihil ꝓ
ficeret ſed magis tumultus fieret: acce
pta aqua lauit manus coram populo di
cens: Innocens ego ſum a ſanguine iu
ſti huius: vos videritis. Et reſpondēs
vniuerſus populus dixit: Sanguis eiꝰ
ſuper nos: ⁊ ſuper filios noſtros. Tūc
dimiſit illis barrabam: ieſum autē fla
gellatū tradidit eis vt crucifigeretur.
CHRY. in homi. Quia chriſtus ad accu
ſationem iudeoꝝ nihil reſponderat: ꝑ qđ poſ
ſet eū pilatus ab accuſationibꝰ iudeoꝝ excu
ſatū habere aliud machinaꝰ: ꝑ qđ cum libera
re poſſit. vnde dicitur. Per diē aūt ſolēnem
cōſue. pre. dimit. po. vin. vnū quē voluiſſet.
ORIGE. Sic eni quaſdā gratias ꝓſtant
gentes eis quos ſubijciūt ſibi: donec confir
mētur ſup eos iugum ipſorum. tamen cōſue
tudo hec aliquando fuit apud iudeos. Saul
enim nō interfecit ionathā: omni populo pe
tente eum ad vitam. CHRY. in homi.
Per hāc aūt conſuetudinē chriſtū eripere tē
tauit: vt neqꝫ vmbram excuſationis iudei ſi
bi derelinquant: manifeſtus homicida i cōpa
ratione chriſti adducitur: de quo ſequiꝰ: Ha
be. aūt tūc vnū vinctū inſignē q dicebaꝰ bar
rabas. Nō ſimpliciter dicit latronem: ſed iſi
gnē: hoc eſt in malicia diffamatum. HIE
RO. Iſte barrabas in euāgelio qđ inſcri
bitur iuxta hebreos: filius magiſtri eorū iter
pretatur: qui propter ſeditionē ⁊ homicidiū
fuerat cōdēnatus. Offert autem optionē eis
pilatus dimittendi quem vellent: latronē an
ieſum: nō dubitans ieſum potius eligendū.
vnde ſequitur. Cōgre. ergo illis dixit pila
tus. Quē vultis dimittam vobis barrabam
an ieſum qui dicitur chriſtus? CHRY.
in ho. quaſi dicat. Si non vultis ſicut inno
centem dimittere: ſaltem cōdēnatū feſtiuitati
dimittatis. Si enim oportebat i peccatis ma
nifeſtis exiſtentē dimittere: multomagis i du
bijs. Vide autem ordinē cōuerſum: Peti
tio pro condēnatis ſolet eſſe plebis: conceſſio
autem principis: nūc aūt cōtrariū geſtum eſt.
princeps enim petit a plebe: ⁊ plebs ferocior
redditur. GLO. Quare autē pilatus ad li
berationem chriſti laborauit manifeſtat euan
geliſta cum ſubdit: Sciebant enim q per in
uidiam tradidiſſent eum. REMI. Que au
tem iniuria fuerit ioannes manifeſtat: q nar
rat eos dixiſſe: Ecce mundus totus poſt eū
vadit: ⁊ ſi dimittimus eum ſic: omnes credēt
in eum. Notandum etiam quia loco eius qđ
mattheus dicit: An ieſum qui dicitur chriſtꝰ.
Marcus dicit: Vultis dimittam vobis re
gem iudeorum: ſoli nanqꝫ reges iudeorū vn
gebantur: ⁊ ab ipſa vnctione chriſti vocabā
tur. CHRY. in homi. Deinde ſubditur
aliud qđ ſufficiens erat omnes a paſſione re
uocare. Sequitur enim: Sedente autē illo ꝓ
tribunali: miſit ad eum vxor eius di. Nihil ti
bi ⁊ iuſto illi. Cū demonſtratiōe eni que erat
a rebus: ⁊ ſomnus non paruum quid erat.
RABA. Notandum vero quia tribunal
iudicis: ſedes eſt iudicis: ſoliū regum: cathe
dre magiſtrorum. In viſionibus autem ⁊ ſō
nijs gentilis viri vxor hoc intellexit: qđ iudei
vigilantes nec credere nec intelligere volue
runt. HIERO. Nota etiam q gentilibꝰ
ſepe a deo ſomnia reuelantur. ⁊ q in pilato ⁊
vxore eius iuſtum dn̄m confitentibus genti
lis populi teſtimonium ſit. CHRY. i ho.
Sed cuius gratia non ipſe pilatus ſomnium
videbat: q illa magis digna erat: vel q ſi pi
latus vidiſſet: non equaliter ſibi creditū eēt:
vel forte neqꝫ dixiſſet: propter hoc diſpenſaꝰ
a deo q mulier vidit: vt manifeſtum oībꝰ fie
ret. Et nō ſimpliciter videt: ſꝫ ⁊ patitur mul
ta. Sequitur. n. Multa enim paſſa ſum ho.
per vi. propter eum: vt. ſ. a cōpaſſione q̄ erat
ad vxorem: deſidior fieret vir circa occiſionē:
ſed ⁊ tempus non parum conferebat. etenim
eadem nocte vidit. AUGU. in ſer. đ paſ.
Sic ergo iudex terretur in coniuge: ⁊ vt cri
mini iudeorum non prebeat in iudicio conſē
ſum: pertulit in vxoris afflictione iudicium:
iudicatur ipſe qui iudicat: ⁊ torquetur anteqꝫ